

(2)  
CORNELII GEMMÆ  
LOVANIENSIS REGII

MEDICINÆ PROFESSORIS

DE NATVRÆ DIVINIS

CHARACTERISMIS;


SEV

*Raris, & admirandis spectaculis in Vniuerso;*

TOMVS SECVNDVS;

*quem*

IANVM TRIFRONTEM placuit appellati.



ANTVERPIÆ,  
Ex officina Christophori Plantini,  
Architypographi Regij.

M. D. LXXV.

0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17

(2)  
CORNELII GEMMÆ  
LOVANIENSIS REGII

MEDICINÆ PROFESSORIS

DE NATVRÆ DIVINIS

CHARACTERISMIS;


SEV

*Raris, & admirandis spectaculis in Vniuerso;*

TOMVS SECVNDVS;


quem

IANVM TRIFRONTEM placuit appellati.



ANTVERPIÆ,  
Ex officina Christophori Plantini,  
Architypographi Regij.

M. D. LXXV.



Quantis ex vna duplex, ex duplici triplex  
 Cur data sit facies, os, habitusque mihi?  
 Dum latebras hominum, dum facta, & præmia facti,  
 Quæ sunt, quæ fuerint, quæque futura noto:  
 Infima dum mediis apto, mediumque supremis,  
 Nec facies faciunt, mille nec ora fatis.

# IANVS TRIFRONS, SEV

PARAPHYSICÆ CONSIDERA-  
 TIONIS PARS ALTERA:

Quæ ex mirandis nostri sæculi Phænomenis, res præsentis præteritis atque futuris comparans, supremos status, medios, infimosque vehementer erudit, rerumque humanarum consensus apertè demonstrat, cum cælestibus atque diuinis.

## I. PROEMIVM ISAGOGIVM.

Contra calumniatores artis Cosmocriticæ, eosque qui vel prædictionem penitus nullam ferunt, vel ultra fas hominis moluntur:



ATVRAM cæset Hipp. lib. de vna quan-  
 tumuis sublimem, in salebrosis & asperis  
 collocat. an, ad sui tamen inquisitione certis  
 quibusdam gradibus iter planissimum ante  
 ora mort alium subricasse, quippe quæ rebus genitis totam  
 se tota permisceat, ordine certo & sapientia omnia trans-  
 formans sese in miracula rerum. Eadem certe si his adfue-  
 rit qui mentem artibus applicarint, perfectos fieri, ac cen-  
 secundo alicui solo commissa diuinitus rerum optimarum  
 semina, in frugem præclaram adolescere demonstravit.  
 Nam quod diuina mentis particula molem hanc amplissi-  
 mæ regat, verbo quoque explicuit dicēs, νοῦς οὐκ ἐστὶν ἐν σοί.  
 Naturæ scilicet nullo præceptore edoctæ, ἢ ἀυτοδιδαντοῦ

Naturæ lex  
 certum inqui-  
 rende verita-  
 tis auspiciam.

Naturæ mor-  
 borū Medicæ.

prorsus ea quotidie facere, quæ ne excogitari quidem ab ingeniosissimo quouis artifice possint, nimirum augustius multo natura vocabulū illic vsurpat sibi, pro vniuersitatis totius apice siue fastigio. Vidit & huius vmbra in Galenus, dum singularum in nobis partium vsus & facultates accurata industria peruestigat. Vidit & noster Maro vel in infectis, & minimis quibusq; particulis mundi, sic differens

Naturæ vis & ratio à summis vsque ad intima propagatur.

Georg. 4.

His moniti signis, atq; hæc exempla secuti,  
Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus  
Aethereos dixere: Deum namq; & ire per omnes  
Terrasq; tractusque maris, calūmque profundum.  
Hinc. &c.

Quò magis nunc miror inuenta hominum monstraeiusmodi, tam fera & barbara, quæ non solum artes atque scientias natura præstantissimas dotes, armis & equis proficendere sint conati: sed & obliuionē earum, odium atque contemptum venturis sæculis offundere sempiternum. Optauerim mihi (si verbis & eloquentiæ robore contra hos Gigantes ac Δεομάχοις sit differendum, quando horum Sophisticis logis, ac rationibus bracteatis, non minus laboraret interdum veritas, ac solis lumen obiectu crassioris corporis interceptum) optarem, si non qualis in M. Tullio fuit, (quam multi inimitabilem dicunt) minimam tamen vnam ex illo fonte vberrimo in nostri subsidium dimanat. Illud imprimis studio foret palam facere, quanto in errore versentur (errorem rectius, an obstinatam malitiam vocem, nescio) qui non solum nexus continuos rerum in vniuerso non recipiunt, sed ne facultatem quoque qua, si sint, humano capi ingenio queant. ut quæ planius dicam, Astræ censent tantum ornatus gratia à primo opifice facta; calūmque tot claris luminibus insignitum, ut sint nobis in signa

stellæ in signa & tempora quomodo.

& tem.

& tempora: quæ duo Iurpiter ita cōiungunt, ac si sit in verbis commissa nugatio, nec velit Moyses summus ille orator atque Philosophus aliud per tempora, aliud verò per signa intelligi; sed idem sonaret ac signa temporum, tot orbibus illis, atque luminibus esse descripta. Sed melius eam sententiam Philo cū aliis interpretibus ingenij purioris. Volunt præterea præter Solem, ac Lunā, stellas cæteras propè nihil efficere: sed solis laminaribus magnis relictæ calefaciendi, refrigerandi, siccandi, humectandiq; potestate, cætera tantum ut otiosas statuas vel indicia quadam in litore constituta nobis (si dñs placet) viam ad superos monstrare. Vident & confitentur certum in illis ordinem, quem etiam negarent forsitan, nisi tot Eclipses, & Synodi planetarum, ad certa horarū scrupula definita illorum inuidiam & brutam cauillandi licentiam paululum refrænerent. Vident hæc, inquā, nec, nisi sensu careant, ire inficias possunt: verū inesse proprias vires partibus ita discretis, & tamen certa sapientiæ colligatis, penitus negant: nec vident illud grauius esse, quam si dicerent in homine vnam tantum inesse vim communem, vitæ rectricem scilicet, diuersam verò instrumentorum compositionem, substantiā, numerū, figuram, sitam, magnitudinem atque connexū, ad vnam spectare opificis laudem, & n. vni minoris ornamentū, nulla propria vel peculiari facultate donari. Equidem ut reor ex illa connexus difficultate de rebus præstantissimis desperandi primum occasio nata est, atque ut ex ignorantia nascitur odium, ex odio ferè calūnnia, eo se spaciū reuocat humana felicitas, ut circa res etiam naturales, non solum seipsam angustis carceribus stringat, nihilq; diuinum amplius animaduertat, sed ne inuentum quidem ab aliis ferat. Quin noctuarum instar suis se tenebris mument, nihil aliud prætexentes, quā quod Deus sit omnium

Cælestiū corporum ordo certissimus.

r. Argumenta in aduerfarios.

Cōtemptum in scitiæ sobolenti esse.

potens, nullisq; indigeat instrumentis, operum diuinorum ratio nobis sit inaccessa, nec possit animus vnquam ad tantum splendorem aeternae lucis attingere. Vera quidem haec sciunt & profitemur, si de exacta & definita tum rerum cognitione, tum praedictione loquendum est. Nam & Hipp. diuersis operum suorum titulus distinxisse videtur *προβουρωσι* vel *προβουρωσι*, quasi vnum in mente potius, ideoque & in communi positum res futuras paulo definitius comprehendat; alterum in opere, in prolocutione magis sepe etiam ad modos earundem, loci ac temporis momenta trahantur. Quae quidem ratio quanquam sit lubrica, erroribus multis obnoxia, non tamen penitus a doctissimorum hominum ac sapientium consuetudine in exitium relata est: sed conatus horum plurimos cessasse feliciter videtas, vbi adiuti methodo, certisque sinitibus insistentes, inter superstitiosas artis regulas, quae sunt innumerae, praesertim si Genethliacos libros, aut Chiromanticos libet euoluere) interque veras, natura consentaneas recte discernunt: quod imprimis conferre diximus diuinae sapientiae spiritum, cui rerum exactae proportionales soli sunt exploratae. Secundariis vero ratione natura vim coelitus haustam, accedunt corporis temperamento, conspirantibus denique prima institutionis elementis ac praeceptoribus, additione animi & consuetudine, Labore, vsu & obseruatis, cunctisque occasionibus exterarum rerum, vt eleganter libro de lege Hipp. monet, ac nos superiore libro plenius cap. 7. Quod si vel propter impostorum abusus improbissimos, vel etiam ex humanae mentis delapsu in corpus (vt libro Sapietiae Sapietissimus inquit) artes quo sunt praestantiores, eo & offusa grauiori caligine inuoluantur: non tamen idcirco tollendus est ordo, vel pulchritudinis aconomia ab vniuerso: neque rursus vestigandi artem propter tenuitatem virium,

Praedictionis  
diferentia atq;  
praesagij.

quo pacto hu-  
mana praedi-  
ctiones sint  
limitatae.

3.  
Cetera quae  
propter abu-  
sus quorundam  
& imposturas  
obscure confu-  
uerunt.

ceu

ceu penitus nullam, vel saltem suspectam pluribus reddere debuerunt. Quod si enim ob humani iudicij difficultatem, subiecti infirmitudinem, vitae breuitatem, artes calumniam promeretur: tollamus cerie & Medicinam, cuius auspicio sic est praefatus Hippocrates, ο βίος βραχυς, η δ' ε' τεχνη μακρη, &c. non deterrendi studio, quod in tanto Philosopho absurdum foret, verum vt iniectis stimulis fortius animaret: magis multo fugiamus & vastum pelagus iuris vtriusq; cui numquam exhausti satis: videntur & scopuli quibus impingit nunc magna mortalium pars, oratione, scripto, domi, publice differens de natura demonum, angelorum, de Deo ipsa, ac formis quibuslibet a corpore separatis. Sin potius ex abuterium vitio, ambitione, temeritate, inscitia, rerum expendenda ratio est, diuini boni quantis illi sese angustiis implicat, atque a vera felicitate exorbitant! quid non calumniae atque dedecoris in ceteras ingruet facultates, in artium opera & instrumenta? quid tandem non in ipsos etiam status, vitaeque humanae ordines metuendum est? Iam eo venturos video vt cum Luciano vel Epicuro nullam vel artem, vel numen admittant: imo de bonis omnibus desperantes, cum Timone Misanthropo sese in solitudinem abdant, & vitam exosi in tenebris trahant, vitam in non sapiendo, vel etiam in ipsa morte iucundissimam arbitrat: contra quam Anaxagoras, qui se solius solis, soli, calique contemplandi gratia natum esse dicebat: omnem scilicet viuendi finem & regulam cum specie humana comparans, quod figura corporis recta, os sublime datum sit, animus vero discurrendi facultate perniciosissimus: vt non solum ceteris animalibus vel fortissimis dominetur; sed & naturae visceribus, & calos vltimos cogitatione transcendat. Quibus quisquis reclamatur, non modo se hominem non esse demonstrat, sed & naturae opifici, nostroque generi aduersarium

Omnis huma-  
na scientia pro-  
pe contextualis  
existit.

Contemptus  
artium ferè  
in Misanthro-  
pium definit.

4.  
Cur figura hu-  
manis recta.

quae pernitio-  
sus resp. opti-  
marum artium  
esse contemptus  
soleat.

facit, dignum profecto, cui in solis insulis, inter monstra ac prodigia detur non infimus locus; cū horum spiritu venenato magnum illud naturalis providentiæ donum in mortalibus obscureretur; quæ in mœberrile omnes affectus erga optimas disciplinas; ruat omnis penè iucunditas vitæ; ruat demque diuinorum operum æstimatio, quando illa præcipue per gradus, cognationesque mutuas singularum quæ sunt in mundo partium roboreretur, vt vel ex D. Augustini, & beati Dionysij, Basilij, Chryostomi, Origenis, Nazianzeni præclaris operibus liquet. Sed nos sparsim & breuiter superiore libro istorum pleraque attigimus, quæ cū superstitione generis vtriusque pugnarent, interque Morosophos *δοξολογῶν* tam qui nimium, quam qui nihil tribuunt, rem aliqui præclarissimam ab ancipiti vindicaret. quamquam & ipsa veritas cogente natura, etiam inuitis pectoribus sese insinuet, interdum & violenter erumpat, nunquam pulchrior, quam vbi non aliunde quaesitis ornatibus circumlita fuerit, sed suomet habitu, succo, & colore polita. Nunc tantum qui *μεγαλὴν σὺνταξιν* vniversi & superiore libro & sequente propomimus instar præcipui fundamenti, nequa institutum nostrum remoueretur obstacula, hic murus abeneus contra arictes omnium, ac tela sufficiet. quæcūque ab aduersariis dici, aut colligi possunt, (cetera que 12. voluminibus consarcinatis vndiq; Picus Mirand. contra Astrologos scripsit, ad id vt nihil in hac materie reliquisse posteris videatur. sed huius simia vel plenas inde paginas sufferentur, vel ne plagium suboleat, eundem coquant & recoquant, condimento scilicet paululum immutato, dum noui serculi speciem representet.) omnia sanè ex vno fonte, vñdemque principijs profisciscuntur, odio partim vt diximus, & artis ignorantia. Nam & Picus indigne tulit præmaturam mortem sibi fuisse prædictam, vt

Carda-

Cetera Picus Mirandula quum breuiter.

Cardanus refert: & quanquam præfatio ad amussim respondit euentus, iusta fuit indignandi occasio, vel ob temeritatem hominis, qui rerum non modos tantum & species, sed & temporis sibi momenta in sola calorū vertigine collocaret. multa enim prædicunt eiusmodi, sed impulsu fortuito magis, quam methodo rationali: ac tum primo videtur sibi verissimi, cū semel potuerint non metiri. Verū ille conceptus ignibus inflammator, tandem & remos, & vela in omnes promiscue vates, atque Astrologos concitauit. Multa magno studio cōquisiuit, si verba & folia species: si rem ipsam, penitus nihil. non enim vspiam artis fundamenta conuellit, sed artifices nequam, scurras & circumforaneos prorsus, vt olim Medicina cauillatores, quorum consimilibus argumentis respondet eleganter Hipp. lib. De arte, ac lib. De veteri Medicina. Quum si vspiam in artis speciem inuehi videatur, quid aliud ille, quam suo sese compungit acumine, ac parum memorem docet eorum quæ in Heptaplo dudum antè per scripsit: vbi concentum partium singularum in vniuerso, quem Timæus prodidit, doctrina Moysaica consentaneum, facit: calum vt marem, terram vt feminam vocat: vim Solis, Luna, aliorumque syderum, influere lucem, calorem, motum vel impetum, atque omnigenas species in hac inferera, permittit. Sed si perlustres singula, quid est quòd artem criminetur quam prorsus non intellexit, putans nimirum eam in sola cognitione syderum, & supernorum corporum positam esse, quæ tamen in tota rerum agentium, & passibilium proportione versetur. Norat hanc Ptolemæus: sed vt ignauum fuci genus a præsepibus arceretur, non ita quæ potuit, pro captu populari, verbis planissimis exarauit. Proinde & plurimi nullo delictu, vel artificio ad iudicia prorumpentes, his tanquam impati cautibus naufragiū patiuntur, freti duntaxat aceruo

Vulgariū Astrologorum inconfulta temeritas.

Picus seipsum conficit propriis argumentis.

In quo verae legitima præfatiendi methodus statuat.

Astrologia copuli.

Idolatriæ  
fontes.duplex ordo  
rerum atque  
connexio.Mentis præ-  
stantia in ho-  
minibus.

canonum infinito, & malè ad calculum reductis motibus insistentes. Accedit & peruicacia quadam, & stulta persuasio: dum Chaldaeorum vestigia contemplati, fontes nature deserunt, sectantur riuulos ac turbidos lacus, multa nimirum tum arrogantia, tum Idolatriæ superstitione sœdætos. Quo factum existimo, vt tandem omnes eiusdem professionis artifices malè audierint, verâ autem scientiæ ne quidè vmbra reliqua videatur. Quin ad summa impietatis notam illorum excreuit insania, vt mentis arbitrium calis, Deum suis operibus obnoxium faciant, imò & scelerum fontes in bonum summum, capit ali errore detorqueant. Sic enim sibi indulgent ex illa causarum atque effectuum serie longè pulcherrima, vt mundi corporei vinculis nimum tribuendo, præstantiorem copulam inter res intelligibiles non animaduertant. Scimus enim in humano corpore nexu singularum partium, & facultatum consonantiam demonstrari: sed cuiusmodi? earum scilicet quæ in corporibus sunt immersa, vt in brutis vniuersa, in hominibus omnes, excepta principe parte vel rationali, quæ corpori assistit vt gubernator clauo, quæ Deo solo vel angelis regitur ac propria voluntate, quæ omnem caloribus ambitum sola rescindens, quâdo dominatur affectibus suis omnia secum à fatali rerum necessitudine liberat quâ facillimè, sin suis sese pedissè quis manciparit, obbrutescens illico transuersum rapitur, & causis facultate inferioribus implicatur: vt pulchrè Mercurius in Pimandro, atque illi cõsonans Maro,

Vicina ruptis inter se legibus orbes  
Concurrunt, scuit toto Mars impius orbe:  
Vt cum carceribus sese effudere quadriga,  
Addunt se in spatia, & frustra retinacula tendens  
Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Cense-

Censemus itaque boni speciem à solo Deo in angelos, animam, ac nature vniuersam faciem permanasse: vitia verò, errorem omnem atque ignorantiam, à corpore per peccatum. Purus & liquidus est boni fons, puri caelestes radij, omnes ad vsum aliquem in ortu, vel conseruatione rerum naturalium influentes; sed eos peruertit saepe materies, vt speciem induat peregrinam. Sic Saturni grauitas in morosam melancholiam, in auaritiâ atque inuidiam plerumq; degenerat. Martis animosa indoles in crudelitatem barbaricam, furta ac latrocinia. & sic de cæteris. Nò quòd idcirco astringant animum, aut proximus ineluctabili necessitate peruertant. Absit hoc sanè, absit: nihil indignius hominis dignitate, quam paulo inferiorem angelis fecit Deus: verum in corpore sunt vitiorum semina quaedam, velut igniculi sub alto cinere cõsepulti, propensiones aliq; vocant, antiqua labe contractas. Ille quidem vt mala sint, à peccato primi parentis obtinuerunt. Verum vt huius generis, vel istius potius, quâ alterius, vt ad inuidiam aliq; promptus, aut auaritiâ, aut libidinè stimulentur; hoc à proprio pendet vnius corporis temperamento: cū videamus statim à pueris, hanc aptitudinis differentiam nobis inesse: ideoque & Galenus crediderit animum sequi corporis temperaturam: et si reuera id ipsum de sola propensione intelligat, actus autem nefarios in nostra voluntate atque arbitrio positos esse, qui sana sit mentis dubitet nemo. Qui nimis Theologi sunt, omne hoc discrimen referunt ad occultum iudicium Dei, ac dum se nituntur ex hac stirpe exiricare, magis inuoluunt: dum Deum nolunt videri causam mali, vt ipsum hoc asserant, eò propemodum delabuntur. Quid vetat Deum opificem boni, materiem vbi contaminata est vitio nostri, in illa facie permisisse, vt ea ipsa potentia vel aptitudo, etsi per se non habeat speciem boni, sit

Deus fons boni, mali autem materies iuxta propensionis legem, non necessitatis.

animum sequi corporis temperaturam quomodo Galenus intelligat.

Bonum ex accidente.

L. M. M. M.

tamen bona ex accidente, cū vita sit homini militia supra terram, nec nisi positione contrarij, virtutis gloria emittat. Verum quid hac ad supernorum corporum emergunt?

Vnde animorum illa propensio in singulis singularis.

Catena tractus in uniuerso.

Communis propensio à peccato Adæ sed peculiaris à causarum naturalium aptitudine quæ ferè à celestibus promouetur.

Certe si tanta vis temperatura, vt alius natura proniores ad iracundiã præstet, alios ad torporem & desidiam, (nisi funditus Medicinæ principia conuellamus) patet profectò quod demonstrandum fuerat: nimirum & celos ad valetudinem corporis, affectuūque varietatem incredibilem plurimum posse. Sunt enim apta inter se, connexaque hæc omnia, vt superiore opusculo demonstratum est. Nec solū id omnibus Medicis Philosophis in confesso est; sed & sensus quotidie docet, mutari species animorum, & pectora motus nunc alios, alios dum nubila ventus agebat, concipere: cui & illud Christi consonum est, Nunquid sunt 24. hora in die? Constat apertius secundū doctrinam Hipp. corpus humanum ab ijdem elementis quibus prodierit affici, quotidie immutari atque corrumpi: huc enim spectat vniuersus liber tertius Aphorismorū, innumeræque sententia descripta in lib. Epid. Postremò constitutionem elementorum tempestatūque vicissitudines, ad ortus occasūque hyderum multa obseruatione reuinxit Hipp. lib. potissimum De aere, aquis & locis: ac nos quotidie doctrinam illius verissimam experimur. Fateantur itaque nexum esse perpetuū in toto mundi syntagmate, quo planè conuincam, non quidem astra efficere suapte natura, vt sit quispiam malus, vel etiam ad malum propensior: sed quando peccati communissima ratio nature susceptivis partibus inoleuit, futurū vt iam agentibus causis etiam bonis, & ad vitiosam materiem applicatis, certo concursu sub vitæ prima cunabula, certam quoque propensionis speciem cōsequatur. Vnde genus vitij ad peccati genus communissimum spectat, peculiare aptitudinum differentie analogiam vitiatæ materie

cum ca-

eum celestium corporum syzygij. quanquam in ea rerum copula actus animæ rationalis omnem exuperet tum caliditatem corporis potestatem, ac in reliqua parte natura causa quidem proximiores à precedentibus ordine moueantur; vt tamen quæ suis affectibus sint vicina, per se magis agant impellantque fortius, multo minus verò quæ longius distant, quæ suis non tantū viribus agunt, sed per intermedios duces, quod Medici vocant ex accidente; quod non solū in efficiencia legibus, sed & signorum in demonstrandi genere locum habet. Eo igitur magis infida ratio est, quanto vel causa recipiēs à pluribus principibus gubernatur, vel causa effectricis vis & potentia per plures ordines prorogatur. Quare sic erat Astrologia vanitas castiganda, quod ars difficilis, quod nulla satis industria, nulla ingenij vis ad exactam illam præcisiōis facultatem possit sufficere: quod propter ordinis longitudinem, causarumq; cōcursum, quæ prima fronte signantur, suo sine frustrata vel profusum non fiāt, vel non potenter agant, vel etiam aliter longè quā ex natura celestium indicetur. Verū dum vitant stulti vitij, in contraria currunt, vt poëta cecinit; ideoque si terga præbuimus, merito nunc & illi vapulent, qui verberandi nesciunt modum. Quæram dumtaxat ab illiusmodi, an nullam artem existiment, nisi quæ ipsi norint, aut putent ab alio penitus comprehensum: sic planè ars nulla relinquitur. Quæram num sese vel sensu præditos putent, vel celestis luminis, aut micæ sanæ mentis accepisse, quod si est: cur tam diuersa species lucis in stellis singulis? cur hæc figurarum, & magnitudinum tanta varietas? cur orbis innumeris orbibus implicati, quibus errantia sidera profusum vorsum commeant, solemq; sequuntur velut præcipuū ducem? dicent vel frustra dissimilarem substantiam esse creatam, vel solius ornatus gratia, vel etiam vt tempora distinguantur.

Demonstrationis vis cōordinate potestatemque consequitur.

Astrologia vanitas.

Rursus cōtra eos qui artem è medio tollunt.

quant-



quantur. Nequicquā aliquid factum ne quidem barbari ac deorum gentiliū cultores admittent: hoc enim cōlata dementia foret, summum artificium ad certum finē minime pertinere. Ornatus duntaxat in causa esse nō potest, cum motus eiusmodi solo sensu exteriorē nō cognoscatur, cum etiā sensibilibus hęc spectaculis sit quiddam in-terius, facultatum copula scilicet atque connexio, quā nisi vel rudi minerua comprehenderimus, iam & vera pulchritudinis flos, decor atque voluptas parte sui maiore propemodum emarcescit. Cicero quoque pulchritudinis ideam statuatur nunquam ab utilitatis ratione sciuētā. Describendis temporibus inferuire imprimis & Solem, & Lunā, & fixa celi sidera fatentur omnes, noruntque vel idiotæ: sed eō nec numerus tantus, neque colorum diuersitas, aut magnitudinis est requisita; nec in planetis ceteris orbium concentricorum, excentricorum, aquantium, epicyclorum spectabat hic labyrinthus inextricabilis. Si nec ista conuicerint, queram denique quid de Luna aut Sole constituat, num in illis præter lucem quam vident, sit aliqua vis caloris, humiditatis, &c. quam tactu percipiant: num præter has & altera sit magis occulta, cuius auspicio germinant, viuunt, & conseruentur omnia, tempestatum vicissitudines fiunt, moueantur humores & animalia, in animalibus morborum crises lege certissima prædicantur, purgationes menstrua in feminis, sanguinis fluctus in vulneribus, medulla augmenta decrementaque in ossibus, in mari vasto fluxus, refluxusque continui, æstus feruorisque depressio, que nauita quispiam, vel bubulcus, vel Baccis pernuccia tibi definit. Si dicant agere quidem in elementa, sed calore tantū & luce: queram denuo, num calorem hunc simplicem & productiuum vnius generis velint, num qualitates primas, secundas, tertias ordine coherere

Figurā atque colorū diuersitas quid designet in celo.

Opera solis & lunæ mirabilia ac sensibus manifesta.

Qualitatum cathena à Medicis obseruanda.

habere permittant, vt ab omnibus Medicis demonstratum est: num denique si luna id datur, absurdum sit aliis stellis superioribus loco, luce præstantioribus, eandem si non actu perpetuo, saltē potestate efficaciam assignare, vt suo accessu recessuque ad solem, vel complexu mutuo, ex potestate aliquando in actum deducantur, quemadmodum omnia medicamina primū operationis (sua momentum Gal teste) cōcipiunt à calore nostro, & partibus ipsis quibus applicātur. Certè si nobis futurā tempestatem ex meteoris liceat præsaſcere, vel ipso rerum domino teste, quid absurdum deinceps meteora à causis ordine superioribus designari? & sic cathena in certas ansulas coaptata rerum naturalium consensus pulcherrimos aperiri? Ipsi interpretes Pentateuchi Diodorus, Theodoretus, duce experientia fatentur sationis & mensis, aliarūque rerum agendarum tempora rectissime ex illis celestium corporum motibus obseruari: imò stellas crinitas vel trabes cū apparuerint, bellorū furores, vel locustarum agmina, hominum vel bestiarum pestilentiam metuendam. Sed Genethliacos rident. Ridemus & nos: cū multa irreperint superstuitiosa penitus, & improba ex Arabum officinis, quacunque scilicet ex apparète sola similitudine, non autem ex ipsis causarum visceribus eruuntur. vt quæ de domibus celi, de vxore & liberis, de coniugio, mortis tempore, fortunæque dicuntur: multa enim ubique vanitas, fundamentum propè nullum vel ex eo colligi potest, quod in iudicandis genituris vnum principium velint eorum quæ & corpus conseruiunt, & animam, atque fortunam: cū certè corporis initium sit conceptus, fortunarum rerum partus, (si legitimus status possit) animationis verò, vel Emphychoseos primum tempus quo mouetur infans in utero matris. Quare quæ de geminis contra Astrologos adferuntur, concesserim libens, quod eorum vanitatem

Planete quid potissimum præsent.

Testimonia sacrorum interpretum.

Genethliacæ doctrinæ pars maxima vanitas.

Triaprincipia genethliacis præcipue cōtemplanda, quæ tamen omiserunt hactenus.

Contra obi:  
de partibus  
geminorum.

Temperaturæ  
cognitio per  
Astrologiam.

Electiones  
per Astrolog.  
quantum va-  
licant.

Meteorogra-  
phia loge pul-  
cherrima.

Morborum  
prædictiones,  
&c.

Prodigiorum  
conlyderatio.

tem valde redarguant. Verum si certa suis rebus principia designentur, vt conceptus, & animatio: sententiam de plerisque probabiliter ferri posse, vel res ipsa loquitur, nec amplius habent aduersarij tanti quod confugiant: nam etsi vno partu sint editi, tamen vel diuersis temporibus sunt concepti, vel ex materie seminis non iisdem cali configurationibus animantur. Equidem vt cōcludam breuiter, ex Astro- rum influxu si methodus adfit plurima presagiri puto, quæ ad naturam corporis ac temperamentum pertinent, quæq; ad valetudinis statum. quæ verò ad propensiones animo- rum, ad hac vel illa studia, & vitiorum semina referuntur, significari interdum, sed maiori virium interstitio, quo plurimum enervantur, ac velut ex accidente pertingunt, præsertim quando immutent amplius parentum indoles, patria, consuetudo & educatio. Porro quod reliquum est, electiones operum in pluribus valent, vbi à natura maior materie expectanda sit præparatio: in aliis error etiã multus, atque impietas latet. In meteoris prædicendis artem ego vel maximam collocaui, vsusque illius amplissimus patet, à nobis alias non demonstratione sola, sed & opere cōfirmatus. Quare etiam supra doctrinam Crisium de morborum exortu, famis ac pestilentiæ statu, de animorum fluctu & propensione in commune multa prædicimus, nihil à scopo penitus aberrantes, nisi quantum ab artis perfectione recedimus. Magis multo hæc confirmantur, si et res insolita cōspirarint, vt mōstra, prodigia, quibus apertè monemur atq; diuinitus quidē, vt animū alto in pulvere dormitē excitemus, attentūq; teneamus in illa cōsensione causa- rū atq; effectū in triplici mūdo, seu legi diuina, humana ac naturalis circa reipublicā. quod nūc strata paululū via, ac Deo imprimis auspice me facturū pro virili mea, atque hac atate confido.

Φδδγζομου οἷς δέξουσ ὄτι, δὴ παρ δ' ἑπιτεταδε βέβηλοι

De diuinis speculaculis sine portentis, quæ factio- nes Gallie, & inauditas calamitates hæctenus præcesserunt, maximè ve: d ab anno supra mil- lestimum; quingentesimum, quinquagesimo sexto.

## CAPVT PRIMVM.

DE rebus ergo futuris vana est omnis mortalium, & superstitiosa prædictio, quæ neque in finem legi- tumum spectat, nec certis limitibus coercetur, neque natura duce, atque ipsius conditoris sapientia gubernatur, vt cū Platone Aristoteles, aliorumq; rectè philosophantium turba demonstrat, magisq; multo confirmant litera sacra. Præclarum tamen existimo, atque homine christiano longè dignissimum, excelsi Dei magnalia, & providentia ipsius stupenda opera celebrare, quæ quamuis ex abyssu imperscrutabili, ac nondum angelis explorata in genus humanum indies proficiuntur, perspicuum tamen diuini erga filios suos amoris exhibent characterem: contraq; defixos luto Epicureios palam demonstrant; quanto sit sibi mortalium cura, quam clemens in admonendis, castigandisque liberis, quos malorum dominrix penitentiæ mollit, quique maturè ex tenebris in apertam lucem sese conuertunt: quam seuerus contra in vindicandis aduersariis, qui vel admoniti sapius, obstinatus animis vim cōtra leges atque Ecclesiam moliantur. Nihil enim tantopere ad cōseruandam humanam reipub. integritatem pertinebat, quam (quia omni bono malum ex nec.estate constitutum fuit) in orbe hoc corruptibili alterna rerum vicissitudines excitarentur, quæ modo ex vbertate & copia disfluentes animos stringerent atque reprimerent, modo depressos nimium, aut calamitatibus obrutos in spem fortuna commodioris

De humanis  
presagijs sum-  
maria & certa  
sententia.

Sequentis cō-  
lyderationis  
summa villi-  
tas.

Fructus vicissi-  
tudinis in re-  
bus humanis.

b

erige-

2. præcipui motus recti caloris infitum fortunæ motibus cōparantur.

Vnde motuū petenda sit moderatio.

Malorū præcipui fontes.

Medica similitudo.

erigerent. Omnis enim uerò status ad extremorum alterum vergens, imprimis (vel teste Hipp.) est periculosus: dum alter in lubrico positus mole & viribus suis, casuque subito in perniciem ruit; alter coactus nimium aduersi fati velut iniectis manibus suffocatur. non secus quàm in humano corpore natiuus calor vel sese diffundens nimium (ut propter boni affluentiam) dissipatur, vel in angustum aduersa impulsione coactus opprimitur, ut (quemadmodum in metu immoderato, ac in errore contingit) transpirare non possit. Quare cum vterque motus sit necessarius, vtrique tamen ad summa naturam videas vix absque periculo peruenire, aut si peruenierit non posse consistere; opus est procul dubio, idque à diu videtur præ ceteris exoptandum, ut reductione quadã ad medium illa nimis diuulsa Christiane reipub. membra in εὐδοκίαν, καὶ ἀπορροήν pristinam ressiuantur. Quod futurum maxime, si ex oraculo plusquam Delphico, primū in se quisque descendat, deinde ubi morbum cognouerit suum, ac sese ut inter calamitatis publicæ causas partem non minimam iudicarit, ita & fortuna publicæ sese consortem esse æquo animo patiatur: illud insuper cogitans, non prius effectum tolli quàm causa deleatur, neque à nobis furoris diuini calicem amouendum, quàm nos ipsius misericordiã dignos tum fide & spe, tum mutua charitate præstemus: quod hisse nunc velut extinctis, vel oppressis potius, ille plusquam hybernus aquilo, qui quid in nobis boni est prorsus exurat, qui quid in vita succi melioris, absorbeat. Quin ita se omnino res habere videtur, ac si vel pectus, vel caput, vel inguina seuum obideat carcinoma, (Latini cancrū vocant) cui antequam germinasset, sæpe tum euacuatione, tum reuulsione succurritur: at ubi inualuit, idem præsidis tenuibus non facile cedit; asperioribus iruitur. Tentandū sæpe nunc ferro, nunc igne, quam-

uis non

uis non absque periculo manifesto, ob dolores, febres, & sanguinis immoderata profluuia: quibus accedit mox humana compagis dissolutio, humorum atque spirituum ἀνορθία. Curantur tamen interdum, si prius istæ purgatis corporibus fiant, ac dum vna in parte vruntur secanturq; adhibitis interim anodynis foueantur, que loca exasperata molliant, que spiritus labentes reuocent, que surgentem sanguinem sistant resciantque. Quare tria concludimus ad curationem imprimis necessaria; Inuocatione scilicet patris luminum, à quo omne bonum cœu iugi fonte dimanat: mox in agrotis animis, lustrandisq; pectoribus præparamentum, cuiusmodi potissimū in confessione, tolerantia; rectiq; propositi firma comprehensione spectatur: Postremò dexteritatem Medici, qui naturas omnium & hominum, & affectionum, & locorum, & temporum, & præsidiorum habeat exploratas, & iuxta proportionem agentium rerum ad passibilem illam materiam vim, similia Hæc ex doctrina cap. 3. prioris libri clarius liquet.

similibus seruet, contraria contrariis frangat, atque propellat: in ipso opere manuali aciem rationis intendens, quod putidum est siue corruptum, summa cum moderatione excindat; quod integrum verò & melioris spei, non solū non amputandum cogitet, verū & omni industria, & clementie antidoto meliorem tum ab interitu, & serpente indies corruptela, tum ab inflammationis periculo ac dolore conseruet: quemadmodum imprimis nunc fore speramus, postquam percussis vtraq; Dei manu, passim mortalia corda per geres humiles strauit pavor, ille flagrantis aut Athon, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo deiecit: ingeminent Austri, & densissimus imber. Vt poëta maximus ait, Omnia ventorum concurrere prælia cernens.

Tria curandæ Reip. nunc præcipue præcepta subiuberima.

1.

2.

3.

Status præfens Reip.

Que quidem vniuersim vt certo apud nos numine & singulari prouidentia fieri constet, non solum præteritos cæ-

Cur à paucis annis tot prodigia visa.

b 2

ius at-

sus æque presentes obijcit Deus, sed & futurorum certa prænuncia in cælo, in aëre, in terris, in hominum peccatoribus exaravit: nequando vel ipse oblitus humani generis videatur, vel nobis ob prætextum ignorantie sit excusandis criminibus vilis relictus locus. Longum esset rem vniuersam à primis suis curabulis, ac velut ab ovo penitus auspicari. Pauca duntaxat pro Dei opt. Max. celebranda maiestate sufficiant. Cõstat hunc esse rerum humanarum circulum, non tam cali quàm animorum operumq; nostrorum verigine circumscriptum,

Virtutum soboles pax est, ac copia pacis,

Vbertas luxum peperit, luxuria bellum,

Bello pauperies sata, regno paupere virtus.

Nec illud incognitum, quod & Francia regnum, & totam hanc Belgicam regionem, vnà cum affluentia rerum omnium summa ambitio & auaritia, summus luxus & insolentia, summus denique erga Deum & proximum charitatis torpor inuaserit. Hæc iram erga nos diuinam protinus, hæc morbos innumeros, pestilentiam, sterilitatem frugum atque bonorum operum, hæc bella, seditiones, cades atque tyrannidem, hæc odia & accusationes mutuas, hæc latrocinia, furta, direptiones tãquam ex Ate quapiam aut Pandoræ pyxide prouocarunt. Spargunt hæc sese, & modis multiplicanti infinitis, sola propemodum spe relictâ nobis in calicis fundo. Ac variè quidem de hisce priusquam fierent admoniti sumus, sed iacent informes animæ, ac fulgore pristino destitutæ, postquam ab vnitæ in multitudinem deflueret, illa etiã quæ ante oculos, ante pedes quotidie sũt, non animaduertunt, cum tamen sollicita semper nouis rumoribus inhient, atque expectatione futuri inter spemque merumque rerum inanes fluctuent, de conuersione sui ad lucem veram, quæ totius circuirus centrum est, ne quidem per

Circulus rerum.

Cathena rerum maximarũ in tractu Belgico.

per somnũ cogitantes. Ea verò diuini numinis prouidentia est, vt quãuis & vates sacri, & pristini sacri exẽpla ac dogmata ad institutionem nostri sufficere põtuisent, quotidie tamen nunc sua benignitatis atque clementie, nunc ira atque furoris argumenta exhibeat noua, hos quidem prouocans vtrò, illos etiam ad meliora compellens. Nam si quis altius repetat ante hæc bella plusquam ciuilia cuiusmodi terrarum motus, aquarum eruptiones vel cataclysmos, cometas in aëre, & faces ardentes vidimus? quæ si quis inuicem comparet atque componat, Deum profecto censabit res futuras non solum in nube obscura siue enigmatæ, sed & in speculo planè illustri, inque apertiore tabula spectandis ante omnium ora constituisse.

Quanquam verò de his potissimum quæ ab anno 1555. Propositio, huc vsque notauerim nobis sit institutus sermo, quod tum prius insignis in Belgico tractu sit omnium rerum secuta mutatio: non abs re fuerit tamen pieraque attingere breuiter, quæ quãuis paulò antè præcesserint, fortassis & huius presentis sæculi faciem non obscura prælusione cõrrostrant. Memini pia memoria patrem, cum ex tyrannide calculi per annos 7. aut amplius miserrimè cõsiliatus, iam sibi fatalem diem imminere sensisset, (obit enim hoc anno 1555.) Maij 25. tum semel ad me conuersum alto suspirio plurima protulisse, ex eorum genere primũ quæ ad virtutem excolendam, & ad timorem Domini, quæque ad obseruantiam antiquæ & catholicæ Ecclesiæ acriter hortarentur; deinde quibus & literarum cultus, studiorũ vita & ratio, ac vitæ vniuersa felicitas cõtinerentur. Inter alia verò quæ de prosequendis disciplinis exactissimè differebat, medicinam matematicam comparas, facultatis vtriusque comubium vsque ad celos extollebat. verũ quid mihi in eo genere non tam calcaribus quàm freno opus esse perspi-

Dei benignitas.

Mundus vt tabula diuinæ prouidentie.

Præfagiura Gẽmæ Frisij paulò ante obitum de vltimo sæculo.

Admonitio philosopho digna.

ceret, quodq; cognosceret multos mathematicam voluptate distractos à sublimiorum facultatū munis excidisse, quodq; velut loto pasto aut ad Syrenum cantus alius delimitos, ac rerum suarum naufragos in egestatis scopulum impigisse: Ego (inquit) mathematicam studia nulla tibi ratione dissuasurim, sed modum postulo, ut hæc non tanquam prima secteris, sed sobriè tantum, atque in subsistenti Medicina. Suffecerit enim tibi ad hanc vilitatem vel mediocriter in illis esse versatum: præsertim quod & medicina magis ad vsum publicum spectet, quod ad hanc facultatem excolendam non solum per me tibi strata sit via, sed & à genitura talius tum plures multo, tum præstantiores stimuli dati, (credo tunc obiter alluisse ad copulam Iouis, Martis, Mercurij in Aquario culminante oculo Tauri anno 1535. ultima Feb. hora 4.40. m. p. m.) & iacta iam fundamenta maius etiam quiddam si auscultes mea expectatione promittant. Hæc ille credo potius animandi gratia, quam quod ita senserit: verum illud duximus annotandum, quod magis feruorem autè conceptum erga mathematica temperaret, Quorsum, ait, tantopere nunc illuc aspiras? cum ad eam perfectionem quæ nos attingimus tute in eadem disciplina minime superuenturus; in medicina non solum assequi possis, sed si operam des, fortassis etiam superare. Videor prætereà videre tempus nunc oculis meis (nec longè absore puto) quo non solum Mathematicæ artes languentes oppido sese subducant, exilium penè spontaneum suscepturæ: sed & cum suis alioris philosophiæ studia (quæ neque ad ostentationem, neque ad maius sumum maximopere faciunt) prostrata peritus, prostrataq; pedibus conculcentur. Nostra ætate hæcenus pars quadam vel imago aurei sæculi visa est, quæ tamen diu seipsam sustinere non possit: vereor deinceps, ne illud vobis in ore sit frequens,

Quousque  
medico sit ma-  
thematicis  
incumbendū.

Mathematica  
nunc minus  
in pretio fore.

Vaticinium.

Vivite

Vivite felices, quibus est fortuna peracta  
Iam sua, nos alia ex aliis in fata vocamur.

Imò ne & illud iure dicatis,

Fuimus Troës, fuit Ilium, & ingens  
Gloria Belgarum.

Nescio an hæc ille tum temporis (quæ nunc verissima comperimus) ex naturali potius indagatione prædixerit, quæ quantum præstiterit, omnes norunt; an afflatu diuini numinis, cui iam moribundus propior fuit, cuiusque velut attractu diuinus animus futurorum conscius ardebat, ut & in vultu loquentis tum mihi quiddam non mortale relucens oculos meos, animumq; fortissimè commoueret. Credo tamen & rei ventura imaginem, prius tum ex communi tabula mundi, ac reipub. statu qui præsens aderat, tum ex prodigiorum, coniunctionumq; præteritarum symphonia, fuisse in eius visceribus exaratum.

Rarum est imprimis regionibus nostris terrarum motus persentiscere, neque ab annis pluribus quicquid de his maiorum industria designauit. Vehemens tamen concussio fuit anno Domini 1554. primum 21. Martij, hora 12. noctis, ut multis locis vasa in sublimi constituta deciderint. erat, ut re-ctè memini, cum tremore mugitus ingens, ac velut ab æneis clangor multorum curruum qui concitato agmine præterirent. Alter successit 22. Martij, hora quarta post meridiem, bis validè subsiliente solo: multis metu ferè sanguis obriguat, arrectaq; horrore comæ, & vox faucibus hæsit. quanquam fortius iterum Aprilis 30. hora quinta p. m. vsque ad tres vi-ces continuas. Erat circa ingressum Solis in Arietem con-  
suetudo omnium planetarum, permixtis mutuo radiis in admi-  
rabilem symmetriam, circa extremas partes dodecat: Virgi-  
nis & Piscium. nam sub eodem signo decurrētibus Satur-  
no, Marte, Sole, Venere, Mercurio, Luna, opponebatur om-  
nibus

Terræmotus  
in Belgio.

Ratio astrono-  
mica.

h +

nibus

quid ferè portenderit.

nibus Iouis sydas exactè circa æquinoctiale punctum Libræ, quod religionis statui apta similitudine correspondet: in quo & cometam apparuisse ferunt tempore Natiuitatis Dominicæ, ac rursus anno 1556. de quo mox ordine discurremus. Nec dubium, quin & ille cometes hoc vno fonte profuxerit, Sole ad idem punctum reuerso post annos duos: accedente rum in iisdem ferè locis oppositione Saturni & Martis: subsequētibz è vestigio, ante ingressum Solis in Ari. tem, conjunctionibus alternatis Saturni, Veneris, Solis, Mercurij, Iouis, cum oppositu Martis, circa punctum æquinoctij verni. Stabat eodem tempore Iupiter in 4. Scorpij, cui oppositus est è diametro locus stelle peregrine quæ nunc apparet in signo Tauri. Sed hæc prolixius, vt & fontes signorum, consensuq; mutuos, & significationis amplitudinem clarus cum euentus specie comparemus. Norunt autem vel medicorum in arte versati, cuius ordinis statum Iupiter referret, cuius & planeta ceteri. Ipso cerè primi terræ motus tēpore erat oppositio exacta Iouis & Mercurij secundum Copernicum, cuius calculo semper plus tribui. erat oppositus Saturni Iouis 26. April. cuius punctum cum ex plenilunio præcedente directio Horoscopi attingisset, iā tertio mota est terra. Quis dubitat non solum ab illa astrorum conspiratione mirabili, terræ concussiones per vniuersam Belgicam terrā præfagiri (etiam in locis marinis) potuisse, verū & mutari nes publici status atque priuati, legum sacrarum & humanarum, corruptelas, & quæ deinceps vno errore alterum trahēte, vsque ad excidium fortunarum omnium sunt consecuta?

Niuiū & ventorum tempestas admittanda.

Non multum dissimilis radiorum vicissitudo & complicatio anno 1552. paulo ante diluuium ingens mensis Ianuarij die 12. quo concurrentibus vndique ventis maxima niuis copia instar densissimæ nubis celo decidit, vniq; & grandæ & pluuia, horrenda fulgura atque tonitrua, dixisset mundo

mundo instare extremum diem. Hæc paulo ante grauissimas clades, irrupente Gallorum exercitu versus Luxemburgum & Lotharingiam, ante hostiles machinas Alberti atque Mauritiij in Imp. Carolum, atque obsidionem ciuitatis Metensis, subuersionem ciuitatis Terrouana atque arcis Hedsine.

euentus mox secuti.

Post terræ motus autem toto bellorum turbine in Franciam conuerso, nobis anni duos, trēsue ab omni propemodū insigni rerum concussione liberi permansere. Nec tamen idcirco non sua signis refulsit imago lo. o & tempore quo debuerat. Sparguntur hic prima semina, quæ progressu adiorum posteræ & per analogos rerum celestium status, ante omnium ora atque oculos elucescent.

Tranquillitas Reip. impri- mis suspæta.

occulta maiorum semina.

Quin eodem anno 1554. post lustrationem exercitus Gallici, quam prima Feb. rex institui iussit, ignis incendij vehemens ab ortu versus occasum properans lune corpori magnæ se instar facis obiecit, magno fragore in scintillas plurimas hinc inde disiliens, quales è candenti ferro inter tractandum solent absistere. 26. Maij sanguinem pluit non procul ab oppido Dunkelspuel. Nec procul à Norinberga 11. Iunij sol visus velut temone sanguineo per medium dissecari, concurrentibus vndique globulis coloris calesci, quos multa equitum turma vexillis eiusdem coloris instructa sequebatur, tanto impetu concurrentium, vt horror spectantibus cum voce ritam propè eliserit. Duos quoque spectatos memorant cataphractos in aère non procul à Palatinatu Rheni superioris, inter se accerrimè cœccerrantes: sed huius spectaculi plures alij meminerunt. Mihi ab eo tempore videntur totius tempestatis quæ nunc est, paulatim sparsa præludia. Quæ idmodum & illud de Balenæ capite reperto Genæ, cuius à Cardano facta est mentio, quod eius iudicio non aliud præsagium videretur, quam Cyrena

Offentum in Luna mirabile.

Sanguinis pluuia.

Offentum in Sole.

Simulachra varia in aère visa.

Balenæ caput.

Aliud in Sole  
prodigium.

Eventus à tot  
tantisque pro-  
digis.

Christus in  
nubibus vi-  
sus.

Partus prodigi-  
olus.

Cometes mi-  
rabilis, qui fe-  
re sequentium  
calamit per  
Galliã, & Bel-  
gium vniuer-  
sum fuit pra-  
cipuus index.

amissa, caput truncum velut amisso corpore permansurã. Item quod de duabus columnis vtrimq; ad latus solis consistentibus visum eodem anno, iuxta Zopeda oppidum meminere, vbi Sol rubens penitus, tanquam sub flagranti porticu cõstitutus, mutationem quæ post secuta est in Carolo Imp. absque dubio demonstrauit: quando ille vir planè diuinus ad vitam monasticam sese conuertit (quod & pater aliquando ex illius genesi presagiuit) abdicata omnium rerum humanarum cura, atque imperij potestate translata in filium, (quod reliquum videbatur) ex heros fortissimo in diuinam penitus immortalẽque speciem transmigraret.

Scribunt & in Misnia spectatã esse venturi Iudicis cea pro tribunali sedentis imaginem.

Atqui, quod vel maxime ad institutũ quadrat, 12. Julij, anno 1555. Nebra in Thuringia hoc infandum accidit, vt Lycosthenes refert: cõingem sutoris cuiuspiam cum tri-duo parturisset, obstetricibus variis ob difficultatem negotij conuocatis, tandem enixam sœtum mortuum. In ipsa autem contentione, nixuq; præcipuo, cū iam infans umbilico tenuis prominere, ingens auditus est ab utero fragor velut excusso tormento bellico: mox & flamma exiliens tum obstetricis manus, tum pueri nates ambussit, atque excitatis vesiculis insigniuit. Sed venio nũc ad ea quæ paulo post patris obitũ monstrata diuinitus, quæ certioribus notis nostrorum temporum mores, & vestigia persequuntur.

Occurrit imprimis dirum illud comete portetum, quod biennio serè post terræ motus apparuit, anno salutis 1556. à principio Martij (vt plures asserunt) vsque ad 23. Aprilis. Polus Fabricius huius cursum obseruauit quam diligentissimè: sed tantũ à 4. Martij vsque ad 13. Equidem in paulo superior in mathematicis aduertit animum, sed nõ aequè

ad sin-

ad singulos dies industriam obseruationis adhibui. Hoc tamen à me notatũ repperi, tertia Martij non procul ab ipso Zodiaco constitisse circa Libram, cauda prælonga versus occasum exporrecta, secundũ rectam lineam à solis corpore per comete caput in oppositam partem. Paulò antè quàm solis vicinia eius aspectum nobis eriperet, itinere propemodum per poli Zodiaci factò, ad sedem Cassopæ peruenisse circa Aprilis 18. diem. Ego cum postremo locum instrumẽtis adhibuis explorassem, reperi non procul à signiferi polo, sed tamẽ in Leonis dodecatemorio, si ad Zodiacum referatur. Qui rectius explorarunt, censent expirasse non procul ab eo loco quem nunc obtinet sydus nouum, idque potius reor: cum alia quadam tabella seorsim inuenerim scriptum manibus meis, spectatum esse cometam vsque ad 23. Aprilis diem. Credo & caput ipsius antequam se nobis obtulerit, signiferum pertrãssisse. Cœpit autẽ ab initio Martij, ex Libræ signo moueri sursum versus polum: obliquè verò, & in posteriora secundum longitudinem versus principium Libræ. peragebat interdum 8. aut 9. gradus in latitudinem, nunc paulo tardior, nunc concitator. tertio die 6. tantum gradibus distabat à spica, recta linea prorsus inter spicam, & inferiorem sub cingulo Virginis cauda spectante versus alam sinistram. Hinc serè secundũ rectam lineam scandẽs, vsque ad tropicum venit, seu declin. 23. graduum circa octauum diem. Tum ad aliquot gradus retrogressa repenti versus finem Leonis, aliam rectam lineam discursus in latitudinem auspicata est vsque ad vicesimum tertium discurrens recta ad Zodiaci polum (à quo non procul absuit) raptim per omnes angulos signorum Leonis, Cancrì, Geminarum peruagata, donec ad alterum orbis quadrantem, signumq; Tauri non procul à Cassopæ peruenisset. Quamquam nobis nec eo tẽpore deflagasse videatur, sed ab vici-

Theoria loci  
& motus vni-  
uersi.

niunt

Asiud in Sole  
prodigium.

Eventus à tot  
tantisque pro-  
digis.

Christus in  
nubibus vi-  
sus.

Partus prodigiosus.

Cometes mirabilis, qui fere sequentium calavit per Gallia, & Belgium uniuersum fuit praecipuus index.

amissa, caput truncum velut amisso corpore permansurum. Item quod de duabus columnis vtrimq; ad latas solis consistentibus visum eodem anno, iuxta Zepeda oppidum minerunt, vbi Sol rubens penitus, tanquam sub flagranti porticu constitutus, mutationem quae post secuta est in Carolo Imp. absque dubio demonstrauit: quando ille vir plane diuinus ad vitam monasticam sese conuertit (quod & pater aliquando ex illius genesi praesagiu) abdicata omnium rerum humanarum cura, atque imperij potestate translata in filium, (quod reliquum videbatur) ex heroë fortissimo in diuinam penitus immortalēque speciem transmigraret.

Scribunt & in Misnia spectatā esse venturi Iudicis cae pro tribunali sedentis imaginem.

Atqui, quod vel maximè ad institutū quadrat, 12. Iulij, anno 1555. Nebrae in Thuringia hoc infandum accidit, vt Lycosthenes refert: cōiugem sutoris cuiuspiam cum tri-duo parturisset, obstetricibus variis ob difficultatem negotij conuocatis, tandem emixam fetum mortuum. In ipsa autem contentione, nixuq; praecipuo, cū iam insans umbilico tenus promineret, ingens auditus est ab utero fragor velut excusso tormento bellico: mox & flamma exiliens tum obstetricis manus, tum pueri nates ambussit, atque excitatis vesiculis insigniuit. Sed venio nūc ad ea quae paulo post patris obitū monstrata diuinitus, quae certioribus notis nostrorum temporum mores, & vestigia persequuntur.

Occurrit imprimis dirum illud cometae portētum, quod biennio fere post terramotus apparuit, anno salutis 1556. à principio Martij (vt plures asserunt) vsque ad 23. Aprilis. Polus Fabricius huius cursum obseruauit quam diligentissime: sed tantū à 4. Martij vsque ad 13. Equidem tū paulo supinior in mathematicis aduertit animum, sed nō aque ad sin-


Theoria loci  
& motus vni-  
uersi.

ad singulos dies industriam obseruationis adhibui. Hoc tamen à me notatū repperi, tertia Martij non procul ab ipso Zodiaco constituisse circa Libram, cauda praelonga versus occasum exporrecta, secundū rectam lineam à solis corpore per cometae caput in oppositam partem. Paulo autē quāmsolis vicina eius aspectum nobis eriperet, itinere propemodum per polū Zodiaci facto, ad sedem Castropae peruenisse circa Aprilis 18. diem. Ego cū postremo locum instrumentis adhibitis explorassem, reperi non procul à signiferi polo, sed tamē in Leonis dodecatemorio, si ad Zodiacum referatur. Qui rectius explorarunt, censent expirasse non procul ab eo loco quem nunc obtinet sydus nouum, idque potius reor: cū alia quadam tabella seorsim inuenerim scriptum manibus meis, spectatum esse cometam vsque ad 23. Aprilis diem. Credo & caput ipsius antequam se nobis obtulerit, signiferum pertrāsisse. Cœpit autē ab initio Martij, ex Librae signo moueri sursum versus polum: oblique vero, & in posteriora secundū longitudinem versus principium Librae. peragebat interdum 8. aut 9. gradus in latitudinem, nunc paulo tardior, nunc concitator. tertio die 6. tantum gradibus distabat à spica, recta linea prorsus inter spicam, & inferiorem sub cingulo Virginis cauda spectante versus alam sinistram. Hinc serè secundū rectam lineam scandēs, vsque ad tropicum venit, seu declin. 23. graduum circa octauum diem. Tum ad aliquot gradus retrogressa repente versus finem Leonis, aliam rectam lineam discursus in latitudinem auspicata est vsque ad vigesimum tertium discurrens rectā ad Zodiaci polum (à quo non procul absuit) raptim per omnes angulos signorum Leonis, Cancrī, Gemīnorum peruagata, donec ad alterum orbis quadrantem, signūq; Tauri non procul à Castropae peruenisset. Quāquam nobis nec eo tempore deflagasse videatur, sed ob vicin-



niam solis (cum mane tantum hora tertia spectaretur) obscuratam ab oculis vanuisse. Monebatur multo citatius circa polos, neque iam in fine apparitionis suae, multo diminutus magnitudine videbatur. Cauda semper Hispaniam versus in principio, post magis magisque versus occidentalem plagam, ac postremo mense Aprilis exactissime versus Zodiaci polum, sole tunc cum sydere Martis posito in rectam lineam cum cometa corpore, & Zodiaci polo. Sic enim versus susceptorem atque parentem suum sese recipiens, ortus interitusque sui primum tempus ac vltimum voluit occultari.

SCHEMA TOTIVS PHAENOMENI  
Circa cometen anni 1556. ab initio Martij ferè  
vsque ad finem Aprilis.



Quonquam verò doctissimus vir Fabricius paruum se  
obser-

obseruasse scripserit, nobis tamen corpus illius primum Io- Color & ma-  
nis stella non inferius, quo ad magnitudinem visum est, sed nitudo.  
cauda ferè 4. gradus in longitadinem occupabat. Color erat  
Martius. ex ruffo paulatim in pallidum elonguescens. Sed  
expectabis quana eius decreta in rebus humanis sint ani- Decretigenus  
maduersa. Nam pendè ex illa oppositione Saturni & Iouis vnde sic colli-  
circa æquinocium vernum anni 1554. si hanc crinitam gendum.  
sobolem conseramus, significati genus & species utcumque  
diducitur. Fuit enim excursus istius syderis à Libra signo  
ferè consimilis illi quo sacrosancta Ecclesia cepta, ac pro- Significatum  
gressa diuulso est: quo factiones hereticae, tumultus popu- cometæ.  
lares, cum ceteris appendicibus vigerunt: quo & summa  
rerum cõfusio venit à Francia primum, per Galliam d. in-  
ceps, omnemque tractum superiorè terrestrem, ac mariti-  
mum quam celerimè peruagata. Sed istiusmodi tempe- Notabis hæc  
statum semina paulisper occulta, ac velut defossa latuerat, de tarditate  
donec per criticos annos in apertam lucem sese profunde- effectus.  
rent. Nam quarto post anno, septimo, nono, vndecimo, à  
boni quantum opere vires exercuit suas, accidentibus insuper  
aliis diuorum portentis, & admirandis syderum syzygiis!  
Nam Iouis stella singulis annis signum ab solatens vnicum  
ferè, idem per annorum plurium circuitus efficit quod sol in  
mensibus, & circa crises luna in diebus & septimanis. Idè  
verò secundum analogiam motus de aliis esto iudicium: quæ  
sola ratio est, quare crinitis syderis, aut alterius cuiuscumque  
vires atque decreta pauci huc vsque perceperint: ea dum-  
taxat euentuum genera componentes, quæ à Phenomenis  
non admodum veloci, vel temporis intersapedine diste-  
rent, cum Deus futurorum signa sepius dudum antequam  
res appareant, ob oculos ponat, antè minetur, quam se-  
riat: ne more nostrorum principum ad iram precipitator,  
nullum putetur vel suo furori, vel examinanda conscientie  
spatium

Vide caput  
quartu supra-  
rioris libri.

Duplicia critica signa, proxima scilicet & praecedentia.

Effectus proximi cometarum.

Lampas calo visa.

Nubes instar iridis.

Tempestates horrendae & quantitate nomine locum prodigijs inueniunt.

Febres ardentes & pestilentes.

spatium reliquisse. Sunt igitur signorum pleraque, verè critica, quae decernunt protinus, ut ex libri superioris tabula liquet: alia verò, ceu cometae, ac synodiarariores, criticorum praenuntia potius, licet proximis illis, & verè criticis dignitate sapius praeserantur. Nec tamen interea vis cometarum penitus oriosa: nam & eodem anno per vniuersam aetatem immensa siccitas fuit, spirante ut plurimum nunc Euro, nunc Aquilone. Vidimus ipsi ardentis lampadis instar magnam in calo facem, vndecima Aprilis: sed quae ut subito nata, sic & in ignem horrendum longè lateque dispersa, subito vanescebat.

I 5. Maij à Septentrione ad meridiem vsque, visa est diu nubes clarissima miro fulgore, & colorum varietate inaequaliter exornata, instar arcus continui, sensim tamen angustior circa Austrum & Boream, perstitit illa plus horis 4. ac tandem aliquot transuersim incidentibus lineolis rarefacta discessit. Sed hoc naturale, & fortasse fortuitum. Sūt qui velint terrae motus futuri praesagium esse. Dixe admodum calo tempestates inciderūt die Aprilis 23 Bruxellis: cum tamen tum aura nobis serenior foret: vi grandinis excussas aiebant fenestras vitreas, stratas arbores, vndam torrens more ostiatim profluxisse. Similis & Gandavi 25. Iunij cum tonitruis & fulguribus per dies, noctesque ferè continuas duas. Multa mulieres metu abortum passae, multis accensa aedificia memorantur. Coeperunt febres ardentes, continua, atq; haemorrhoidae plurimi, cum morbillis, papulis, paulatim in apertam pestem, ac lenticulata febris speciem deuergentes: quae ita grassari populariter coepit ut vix tercia pars mortalium à febre immunis euaserit: pestilentibus autem morbis aliquot millia sint sublata. Haec Latius retuli propter causarum effectuumque similitudinem hoc anno 1573. de cuius Epidemica luce paulò post latius disse-

retur.

retur. Quot quot in quartanam incidunt, (nam ea tum frequentissima fuit) nusquam ante anni circuitum iudicabantur: quares humerem in alius valde corruptum, in alius adustum vi praecedentis sideris ostendebat. Quin & illa quae per vniuersam Germaniam anno sequente fuit anno na caritas summa, velut ab vno capite causarum plurimum tenorem perpetuum insecuta est. nam medijs pars octaua tribus florenis cum semisse Louanij vanit, ac tandem vix argento parabilis visa est. Neque quicquam ita admirabile fuit, quam inter tot calamitates rudem atque effrenem populū potuisse haecenus à seditionibus temperari. Fortasse tunc illud erat, quod à Seneca verisimè dictum est, curae leues loquuntur, ingētes stupent. Mittam hoc loco quae de capto oppido S. Quintini, deq; expugnatione arcis Cisterna, sub principium autumnus 1557. à Chronographis memorantur. Illa quidem virtutis, ac felicitatis regia argumenta, quae nulla posteritas praeteribit. Verum nobis non omnibus immorandū est, ne nimis à philosophicis exundantes, in alienos agros irruptionē facere videamur. Proinde non tam deinceps historia singulatum omnes referentur, sed capita tantum, ac praecipue illiusmodi quarū species cū prodigiorum vi, & contentione respondent.

Tempestas memorabilis certè, quam G. Paradinus anno 1557. circa 10. Sept. in Languedocia contigisse testatur, tanta effusione aquarum, tonitruorum, fulgurū, grandinis, ut ab antiqua hominum memoria, simile nullum diluuij genus ab incolis visum asserat. Quanta verò mortales & clade, ac terrore affecerit, ab ipso plenius enarratū est. Praecesserat in Iulio miranda quaedam copula Saturni, Martis, Solis, Veneris, Mercurij. Horrenda quoque Eclipsis Solis mense Nouembris 1556. die secunda, quae directione gradus Horoscopi tunc ad □ loci ecliptici pertingebat. accedente

Quartana ex humore adusto longissima.

Annonae caritas summa.

Virtutis ac felicitatis Regiae monumenta.

Authoris exculatio circa historiam.

Tempestas in Languedocia.

Ratio Astrologica.

Modi popula-  
res post hu-  
midissimum  
statum.

Catarrius co-  
tagiolus.

Dies critici  
eriam in ca-  
tarthis.

Ratio morbi  
istius popula-  
ris tum phy-  
catorum Astro-  
logica.

Admirandus  
vertex vento-  
rum per vni-  
uersam Gal-  
liam Bel-  
giam, &c.

cedente nunc & Saturni, Martis, Mercurij copula, circa  
Sept. iniuria, quae prioris systematis vires in actum pronoca-  
bat. Verum post humiditates assiduas, sub consuetudine hiemis  
atque autumni, catarrii genus prodigiosum populariter  
viguit, magna serpens contagij vi, neminem ferè praeteriēs.  
aderāt insauditi capitis dolores, penè vsque ad delirium flu-  
xus vehemēs, acer, mordax ad oculos, aures, fauces, nares,  
stomachum, pectus, obuias partes erodens atque excoctas,  
in omnibus verò appetitum extreme deiciens, vnde id ge-  
nus mihi Gallico vocabulo nomen inuenit, ac Paradiso te-  
ste le coqueluche appellatum est, si bene contuleris mor-  
bum quem ille describit anno 1515. Habet hic suas crises  
manifestas, ac rudimentum febris continuae, sed satüs ob-  
scurum, iudicabantur ferè nono vel septimo die, sed hi qui  
sobriè viuerent, multi alioqui in tabem, aut inflammatio-  
nem aliquam deuegebant. Cōtigit eadem hoc anno 1573.  
circa autumnū, ac ferè vidimus illius quandam imagi-  
nem subobscuram, alius plerisq; annis, post continuos au-  
stros, vbi & pluuirum, & caliginis frequentia conspira-  
set. praesertim verò quoties post fortentes nebulas, dierum  
plurium frigus acre, & vehemens superuenit. Caestis ra-  
tio ferè deprehensa est in connexu diuturno Saturni, Mar-  
tis, Veneris ac Mercurij: praesertim circa stellas fixas, quae  
nebulosae ab Astronomo vocitantur.

Prætereire non possum horrendam illius tempestatis histo-  
riam, quae 15. Iulij anni 1558: statim hora prima (quo  
tempore exactè nouilunium fuit) coorta subito, magnam  
Galliae partem incredibili celeritate percurrit, prodigioso  
turbine, quem nubes euomuit atrior pice, cum virore ter-  
ribili, (vt ipse animaduerti) arbores p̄ssim, adificia subli-  
miora, sed potissimum templa ac turres innumeras secum  
abripens atque prosternens. quae sanè quid aliud innuit,  
quàm

quàm quod poëtis semper in ore, atque expressius ab Hōra-  
tio dictum fuit:

Sapius ventis agitur ingens

Pinus, & celsa grauiore casu

Decidunt turres feriuntq; summos

Fulmina montes. Ode 10. lib. 2.

Qui motes quibus procellis strati, ac fulmi-  
nibus cōfl. agrarint, procedētis fabula vel sola  
catastrophe nobis aperier. Hāc tēpestatē calis  
ad certū diē, atq; horam praedixit Gallicus  
quidā vates, eadē penitus forma qua per v-  
niuersam Franciā, atq; inferiorē Germaniā  
cōsecuta est: tantūq; hac sola praedictione  
fidē sibi apud mortales peperit, vt quae dem-  
ceps scripserit, licet plerūq; vanissima, vulgo  
tamē interpretaretur oraculi loco. Prae-  
cesserat paulo antē Sextilis radius Martis, Satur-  
ni, & Iunctio Solis & Mercurij: Saturnus cū  
Pleiadibus, ac ipso nouilunij tempore, Lena  
ab aspectu Saturni ac Martis d. s. i. e. ab ad  
coniunctionē Mercurij ac Solis. Prae-  
cesserat mense Aprilis, die secūda, plenilunij eclipti-  
cū, in quo vige-  
bat quadratura Iouis Saturni,  
itē Iouis & Martis, ac postremo congressus  
Saturni Martis in 8. Tauri: quā syzygiam  
puto per cōsimiles schematisimos tum primò  
fuisse excitatā, vnaq; & cometē alterū pro-  
creasse; cuius nunc subicienda delinatio est.

Fulsi itaque crinū sydus circa occasum  
vesperi, multo pallidius eo quod praecesserat.  
† Locum illius vidi primū in 12. Virginis  
gradu, anno 1558. Augusti 17. distabat 20.  
die

Allegoria ve-  
torum & ful-  
gurum.

Vulgi dece-  
ptio.

Ratio astrolo-  
gica.

Alius Come-  
ta Nat. Sat-  
urni.



die vesperi, ab arcturo 30. gradibus, 32. minutis, ab extremitate caudae vrsa maioris 28. partibus, 33. min. Stabat in occasu tristi admodum et lugubri vultu, natura videlicet Saturnina, caudam porrigens versus Orientalem plagam: neque diu conspectus est, ut motum observare potuerim. superuenientibus enim pluuiis ante 7. dies exspirauit. Observabis istic & raros conuentus syderum qui antecesserunt mense Maij, praesertim Martis ac Mercurij, cum intuitu Iouis circa lacteum circulum. Fuit hoc sydus ceu prodromus quissim, paulo ante Herois obitum inuictissimi scilicet Imperat. Caroli. is enim secutus est de vestigio 29. Sept. eiusdem anni 1558. cum quo propemodum occidit vniuersa reipub. salus, quam ille supra communem hominum sortem, duabus virtutibus potissimum cōseruauit, clementia summa, atq; iustitia, in speciem vnā aquabili mistione contemperatus. ac iam forsitan actum foret, nisi iure quodam hereditario, eundem characterisimum diuinitatis suae Philippo filio ac regi nostro catholico, fidei sacrosanctae propugnatori acerrimo, reliquisset: cuius quidem velut Solis praesentia, cuncta germinant, atque prouentum vberem faciunt; absentia vel recessu, qua prius florida fuerant, languescunt protinus, ac prope resoluta in puluerem contabescunt: ruinam hanc vniuersam vno ipsius iucundissimi nominis radio, vna spe atque memoria solita erga populū suum benignitatis atque dulcedinis haecenus sustinente. Velim mihi nūc, velim Triptolemi currus, vniūq; posse illud in aurem dicere, quod saepe verissimum sensi in arte mea: ut oculo domini pascitur equus, ager agricola pedibus fermetur, ita & medici vultu curari agrotos. Nam ut saepe sors boni sit fertilissimus, vanescit tamē virtus, adulteratur saepius atque peruertitur eo magis, quanto discerpta ab vnitae per plures cliuos & brachia deriuatur. Viderūt

haec

Ratio astrologica.

Obitus Caroli quinti.

Virtutes Caroli.

Philippus rex paternarum virtutum haec.

Optimū quicquid per pauciora media fit, minusque ab vno recedit in multitudinem.

haec priscae Platonici, viderunt clarissimi poetae & oratores. Men mutire nefas? nec clam, nec cum scrobe, nusquam? hic tamē infodiā. Regnarūt hoc anno febres innumerae, cōtinuae, ardētes, tertiana, quartana, quotidiana, atq; erraticae. Vidi tum primum & quintanā, & septimanā febrem, quarum in Epidem. mentionem fecit Hipp. mortui sunt plurimi, sed imprimis iuuenes: mulieres abortiebant ex minima causa. Secuta est hiems assidue ventosa & humida, praeter sententiam eorum qui putant cometis omnibus vim adesse perpetuam ad squallores immodicos. Imō, quod magis mirum, toto hoc anno & sequenti rerum omnium fuit vbertas maxima, vbique luxus viguit & petulantia, pompa & spectacula & arcus triumphales, tandem in nefariam libidinem, ambitionem, in haereses varias & conciliabula quadam occultiora prorumpens. Id enim est quod Celsus ait in negotio medico, Tunc cum bene habitus est adolescens, corpore florido, carnosio, succulento; tunc debere vel maximē opes habere suspectas suas. Ideoque nec in valetudine prosperiore aduersa praesidia consumenda. quod vtiā non prius in nobis experientia, quam maturatio deprehendisset. sed rectē Epimetheo fratrem Promethea fabula coniunxerunt.

Porro cum annus ageretur à prioris cometa phanomeno quartus, à Christo nato 1559. mortuo rege Gallorum Henrico cuius splendorem eximium, virtutes, ac spiritus generosos suspexit Francia ut solem in vniuerso) mox intermina bella propter religionē, & principum mutuas similitates, supra quam dici possit horreda, per vniuersam Galliam pullulascunt. nā illius oculo lethale vulnus infictum, & fidei, cuius protector acerrimus fuit, alterum quoque lumen extinctum iri non obscura imagine portendebat. Sic hominum ludos, extremaeque gaudia luctus Occupat, ex-

c 2

terna

Morbi populares.

Quintanae febres &amp; septimanae ex aduersionis vehementia supra nat. humoris melanch.

Malorum femina prima.

In optumae valetudine de aduersa maxime cogitandum.

Henrici Gall. regis fati prodigiosum.

Circuitus re-  
rum.

Mandus lite  
& amicitia  
constat.

Ostentū cru-  
cis in arboris  
trunco.

Quomodo  
Deus loqua-  
tur cum ho-  
minibus.

terna sic tempestate remota. Interior flagrat. Sequitur sic  
vnius ortu, Exitium alterius. nō vsquam firma salutis An-  
chora, ni profusus animo in sublime reducto. Patuit rei ve-  
ritas in Romana historia: sed tunc maximè, cum Cartha-  
go deleta funditus, materiem exercēda virtutis Italia sub-  
traxisset. Nam ita ad bellum & seditiones prona est mali-  
tia mundi, vt quemadmodum in vlcere cacoëthe, nisi foris  
incūbat, quōd vires exerceat suas, ipsum paulatim sese ex-  
dat, atq; conficiat: nec aliter in mutuam cadem mortales  
inhient, quā ille taurus Virgilianus, qui

Frondebis hirsutis, & carice pastus acuta,  
Et tentat sese, atque irasci in cornua discit,  
Arboris obnixus trunco, ventosq; lacestis  
Ictibus, &c. Georg. 3.

Narrat Surius ostentū mirabile anno hoc 1559. me-  
se Martio, spectatum in ea Anglia regione quam veteres  
Cambriam, hodie Valliam appellarunt. Annosa quādā fra-  
xinus per medium immani tempestate dissecta, dominica  
crucis effigiem prodit affabrè velut exculptam, & vndiq;  
tum figura, tum coloris specie circumscriptam, magnitu-  
dine pedis humani. Relicta est hac ibidem ad spectaculum  
pluribus annis: atque, vt idem chronographus rectè disserit,  
ad insigendam pectoribus nostris crucis memoriam, tempo-  
re sceleratissimo, quōq; illius hostes atrocissimi propius im-  
minerent. Illud sanè prodigium ex intumo diuina benigni-  
tatis, ac misericordie sinu profectum puto: ac si ita nobiscū  
loqueretur: Agant inimici, insamiant, tumultuentur vt lu-  
bet: tantū aberit vt vera religionis signata, crucisq; pia  
memoriam ex humanis pectoribus deleant funditus, quin  
prius c. iudices arborum vel summa tempestate diuulsi sim  
eius ideam imis in penetratibus seruaturi. Quid verò vn-  
quam absurdius homini christiano, quā illud persequi  
contu-

centumelias, quo viuus ille pendit nostræ salutis author,  
onnemq; & contumeliam, & mortis supplicium humeris  
suscipiens suis, patri sese vt victimam atque dēvōtū hu-  
mani generis consecrauit? Certè præter crucē Domini nihil  
se scire Paulus quantūvis in literis ac disciplinis versatissi-  
mus, fatebatur: in vna cruce omnis spes nobis relicta est,  
solius & vniū Philosophiæ fons, & ratio aperitur: omnis  
moderatio vtriusque fortuna, omnis nostrorum vulnerum  
cura, fastus, cupiditatis, luxus, torporis, ira inuidiaq; re-  
media delitefcunt. Sed pluribus rem eandē Surius: qui sub  
idem tēpus alterius ferè cōsimilis prodigij meminit, Crucis  
speciē in simbria nobilioris scēminā natā. cōrigit hoc in aliā  
quādā Angliæ parte (Cantūā vocāt) Nos frustra his descri-  
bēdis latius immoramur. Secuti sunt annis proximis, præ-  
sertim 1561. ac deinceps, in Fræcia tati armorū fremitus,  
tot seditiones, rapina, cades, excidia templorum, ciuitatū,  
aliorūmq; monumentorū insignium, vt vna hac perturba-  
tior eip. Christiana, ceu saua Tisiphone terris immissa, tra-  
gædis omnibus sufficientem materiem faciliè subministrat.

Sed & ista ex illo terribili Solis defectu anni 1560.  
mense Augusto, lunaq; labore 1562. ab Astronomia vt-  
cunque peritis, licet sub rudiore forma, ac typo deunt axat  
vniuersali, poterant præfagiri. Fuit autem Solis Eclipsis 21.  
Augusti, statim post vndecimam horam ante Meridiem;  
finit post primam, min. 23. contra quā tabula monstrat.  
locus in septimo gradu Virginis, magnit. punct. 7. cum di-  
midio ferè. Ita & Luna obscuratio 12. Martij à nobis ob-  
seruata, multum absuit ab Alphonsino calculo. cœpit enim  
hora tertia, m. 40. Visa est eodem anno lux ingens 30. Ian.  
hora 9. vsq; sperī, cū subobscurō terræ motu. Torus anni sta-  
tus ventosus admodum, tempestatibus malis atque pro-  
cellis infestus. Mira tempestatē grandinis, fulgurum, toni-

Crucis domi-  
nicæ vis &  
gloria.

Aliud ostentū  
crucis in  
relicta simbria.

Euentus.

Solis defectus  
terribilis.

Lunæ defe-  
ctus.


Variametēo-  
ra.

Papilionum  
exercitus.

truorum Leodij, 5. Iunij, homines & pecora multa oppressit. Venti vehemensissimi 3. Augusti. Papilionū exercitus circa 15. Augusti. volabāt hac animalcula propter aquas, ea frequentia vt cursum fluminis obscuraret, potissimū post occasum Solis: hinc sese sub noctē referentes, per vicos velut instructis copiis vagabantur, nihil ferē à tuncis differentes. Parens in Ephemeridibus suis adnotat idem visum anno 1551. Augusti. 16. anni 1718. nosq; tertio idē, & quarto annotauimus semper cū apparerent, eadē anni parte spectatū, circa Aug. mediū scilicet, post constitutionē astatici omnino consimilem, per schematisimos Saturni & Veneris. An quicquam in prodigiorū genere valeat nec ne, nondum mihi satis est exploratum, praesertim quādo causarū praecedentium constans analogia, sit satis ex natura visceribus deprehensa.

Iris inuerfa.

Septēbris anni 1560. die 25. manē arcus caelestis insignē speciem vidi, coloris, fulgoris ac positionis insuetae. stabat enim cōtexa parte Solē versus, cōcaua verò versus cuiusdā pariliū subobscurum typū, qui quasi ad Circium annuebat. Color puniceus ea parte qua Solem intuebatur, sed viridis qua spectabat occasum. qua res planē prodigiosa, sed



tamen

tamē à paucioribus animaduersa, quorsum tetēderit, inuenire facillimum est. Solent enim ex illiusmodi simulachris conuersiones & foedera aliena à regis animo praesagiri; quāquam forsasus & naturalis ratio in duplicata reflexione statui possit. Fatis concessit rex Francorum mēse Decembris ex tumore gutturis repentino. Obiit & Ferdinandus Imperator. Incruduerunt passim seditiones, factiones haereticæ: multisq; è medio clam, publicitū sue sublatis, insinuiti denud tanquam ex Hydra praesectis capitibus germinarūt. Saevitum est vtrinq; in Gallia supra omnem humanitatis speciem, nedum pietatis Christiana. Eo enim furor ille processit, vt neque femineo sexui, neque imbelli puerorum generi, imò ne quidem grauidis parceretur. Diris se inuicem supplicii illustres familia persequuntur, nullo obstante veteri religionis, aut ordinis, sanguinis aut amicitiae iure. Nō ille feruor propaganda, vel asserendae fidei fuit, sed vindicta furor atque castrum immedicabile: vbi praeter humanas leges atque diuinas, tumultuante imprimis ignobili vulgo, modò sublimes in crucem aguntur alij, nulla impacta criminis nota, nisi qua pridem conceptis odiis visa est, quaeque habendi aut vlciscendi rabiē fingi atque praetendi potest; modò truncatis auribus, genitilibus, excelsisque visceribus viuum anatomen horrendo spectaculo praebent; modò per vicos rapti tum viri, tum femina nuda magno horrore pariter pudore ac scandalo sexus viriisque, vulturibus expונuntur, aut palo affixi, multisq; cōfossi vulneribus, natantes in sanguine suo in lacus, in flumina, in puteos praecipitātur. Id mihi nō amplius prodigiosa est animalū transformatio, postquā & homines nō dico in saxa, in specie brutā leonis, aut tigridis, (quae hominū cōparatione sunt humanissima) sed in teterrimū cacodæmonem, aut quid deterius (etiā sub pietatis, iustitiae, religionis titulo) transmūtatur.

Quid significet.

Furor prodigiosus.

De raris & prodigiis diuinæ iustitiæ, ac prouidentia characteris circa tumultus Belgicos, & nunquam satis deploranda diffidia.

CAPVT II.

Verum si certa sententia est suam cuique rem verti, paries cum proximus ardet: eatur nunc ad illa que terras nostras, florentemque hæcenus reip. statum propius vrgent, que velut afflatu quodam, & contagij vi paulatim ex paruis scintillis, in feox incendium excreuerunt. Apparuere primū & nota inferioris prodigia, velut qua 27. Decembris 1560. visa est ignea trabs, manē circa horam quintam. Eam præcipue spectarūt Angli, & qui prope Insulas, Namurcum, tractusque finitimos degunt. Ardebat celo summo conspicua, per 2. propemodū horas, vltro citroque discarrens, brachij longitudine, tanto fulgore vt meridies videretur.

Trabsignita.

Tempestas horrenda.

Vermes in hepate.

Caligo Pharaonica.

Pestis.

Horrenda ventorum tempestates anno 1562. 21. 22. 23. Ian. sed longè maxima circa ingressum Solis in Arietem 11. Martij, ex copula Saturni, Iouis, Martis, Solis, Mercurij: fuitq; annus tempestuosus, instabilis. Multa clades illata maritimis locis; morbi a fluxionibus oriundi, populariter grassabatur supra modum, vermes, abortus, sicca puerperia, inflammationes subita, dysenteria, lues quoque infanda pecoris in Hollandia, natis vermibus passim circa hepatis regionem. præsertim hac hyeme contigerunt, anni totius cursu ad Austrum, & pluias serè continuas inclinato. Vlybona tanta caligo diebus natalitijs Christi, vt putent Pharaonis tenebris comparandā. Secuta lues infanda multorum milium. Vidi ipse die 25. festo scilicet natalis Domini, hora tertia p. m. sub Sole lineam tenuem, nigram, que in raram longitudinem ex perfecta diu permansit.

mansit. Sol autem in nube equali, densa, radios nigerrimos spargens, interdum velut subflare videbatur, credo ex vaporibus interiectis. Secutus est, vti tum præsignera, terramotus die 17. Ian. anni 1563. cum fulminibus, quæ post ventos atrocissimos, tandem in maximas ac diuturnas pluias eruperunt. Hac serè quo tempore summa contentio inter Guisianam & Condeanam familiam ardebat, militis vtriusq; caedibus in miserandum totius Francia exitium perpetratis. Captus tandem Condeo, non multò post Guisianus occubuit, tormento præter expectationem cuiusmodi repenti sublati. Ita suis se viribus confecit Francia: tantumque abest vt periculū faciant qui vni sunt relictū, quin efferati amplius incendamur: tandem & rabidi properent pulchram per vulnera mortem. Liber his illud accinere, ὁ δὲ θεὸς, δὲ θεὸς, πρὸς τὸν δὴ ἐπορεύσῃ, ἐδὲν γε γῶσι, βίοντων ὡς πρὸς πύργον. O gloria gloria infinitis mortalium, usque nihil existentibus, vitam tumido exudisti spiritu, vt apud Eurip. in Androm. vbi & polyratia apertæ oratione condemnans, sic subiungit, ἐδὲ γὰρ ἐν τῶν ἐστὶ δὴ στύχοι τυραυίδες πύλας ἀπὸ νεώες ἐπέειπεν. quod & in nauis, & medicis, & fabris vt cuique perspicuum est. Quare mox ita concludit, sapientium multitudinem ( affectus scilicet varietate distractam ) vno sibi coherente imbecilliozem existere, nihilque valere tum publicè, tum domi. Memoranda clades à tempestatibus multis narrantur Hollandiæ, æterisque locis maritimis accidisse, præsertim 10. Iulij. Vix vnquam meminim me tot tantæque tempestates, atq; duobus mensibus hisce continuis obseruasse: præsertim 6. Iulij, 8. 10. Aug. 1. II. 16. 20. 22. Sed hac tantū vt ludicra, si ad illa conferantur qua mox se terris nostris aperiant.

vifum in sole.

Terræmotus.

Gallia suis met vniuersis ruit.

Polyratia: noxa.

Laus Monarchia.

Diluuiæ & clades Holl. Zel. Frisic.

Anno 1564. ille cōgressus planetarum superiorū trium, Saturni, Iouis, Martis, ac serè ceterorū omnium, in Leonis

Rara synodus planetarum superiorum.

vestibulo, iuxta Copernicum, vel, vt Alphonsini volunt, in finibus Cancrī quā admirabilis? vbi continuus luna progressus à coniunctione planeta vnius ad coniunctionem alterius, donec per singulos filo quodam perpetuo volueretur. Huc, huc primum, huc animorum acies dirigatur: nō quod à signis cali quæ gentes timent, sit nobis similiter metuendum: sed ne diuinos monitus, bonitatisq̃, & prouidentia illa quantumuis obscura vestigia in posterum contemnāmus. Hæc enim vix absque sequenti rerum omnium metamorphosi maxima fieri consueuerūt, circa quas minimū transferuntur quicunque obtulerint Deo compositum ius, fāsque animi, sanctōsque recessus mentis, & incoctum generoso pectus honesto.

Vis  $\text{H} \text{H} \text{H}$   
in annos plurimos prorogatur.

Perffanum.

Chasmatā.

Hiatus descriptio.


Hiems supra modum prodigiosa.

Visa sunt anno eodem chasmatā & hiatus, cuiusmodi nostra hæc ætas quā paucissimos animaduertit. Semel mensis Feb. 18. die, circa 10. noctis: semel Octobris 7. die figura propemodum, modo & duratione consimili. Nube enim illustri, quæ Luna claritatem vinceret, intra limbum obscurum atque subliuidum comprehensa, alternis excussis radij, alternis flammæ ad singulos ventorum impetus excurrebant, qui subinde velut in haste speciem debiscente celo, ceu vasta ingluuie sorpturi terras, & maria videbantur.

\*

Accessit his omnibus hyems illa præ portentis cateris, ob asperitatem frigoris, admiranda: quæ modo ventorum Aquilonarium tyrānide diuturna, modò diluuiis, & supra modum fluminibus auctis non homines tantum è vita sustulit, sed & sata in terris, supra terram annosas arbores radicitus deuastabat. Cæpit hæc primum anno 1564. à 9. Decemb. die. vix planè desit ante Aprilem: Dilata ter concreuit, bis inundauit niuib. repente solutis, præsertim 6. Ian. atque 11. Feb. sed posterior fluminis huius incurfus

me-



CHASMATIS DIVERSA  
EFFLUVIA



memorande cladis vestigia nobis impressit. Circa natalem Domini tanta erat frigoris penetratio, ut & muccus in naribus concreveret, atque apposita foco fercula à gelu vindicari vix possent: quin passim pauperioribus aures, pedes, manusque & putrefacta genitalia decidebant, ubi extincto prius calore natio ad gangrenam, siue sphacelon immedicabilem peruenissent. Ea fuit ubique rerum facies atque miseria, ut omnem scribendi, dicendique facultatem longè exuperet. Moriebantur indies non tantum homines, atque armenta, sed & aues concreta frigore decidebant. Periere passim annosa nuces, pyri, persica, mori, ficus, rosarum frutices: vites quoque relictis ad propaginem solis radicibus, qua supra terram extabant, penitus marcuerunt. Quare nec tantum vini secuta est ingens caritas, sed & annonae sese intendit supra modum, destitute nos omni copia tum fructuum, tum leguminum. Quod autem non minus mirandum, Bruxellis aliisque pluribus locis pestilentia saevit acerrimè, credo propter astringentem immodicam sanguinis atque humorum, qua prohibuerint quò trāsspirare minime possent. Vigebant alterius generis morbi innumeri, sed potissimum phlegmones faucium, siue anginae, celeriter interimentes: Item phrenitides malignae, pleuritides, peripneumoniae, sanguine nimirum per ἀντιρροισίαν vehementius inflammato, offensusque à frigido multo tum nervosis partibus, tum respirationis instrumentis. Hoc enim nobis vsu assiduo nunc exploratum est, ut cūque in alijs regionibus pluvia assidue morbos plurimos creent, apud nos tamen vel propter assuetudinem, vel naturarum sympathiam, hoc statim commodius degit: nisi quòd feminae tum veribus magis obnoxiae, & pueri, qui natura sint humidiores. Verum in diuturnis squalloribus, praesertim si adsit vehemens calor, aut frigus, tum demum medicorum mesura

Caritas rerū  
omnium.

Pestilentia.

Morbi varij  
& difficiles.

Cur nostrae  
regioni diu-  
turnae sicca-  
tes imbribus  
magis pericu-  
losae.

vber-

vberima. Hyemis tantam ferociam plures ad causas Astro-  
nomicas referre conati, parum praestiterunt. Verum vniuer-  
salis ratio potissimum latuit in illa synodo Saturni. Iouis,  
circa fines Cæcri: accesserunt succurratae minores, ac praeci-  
pue diuturna copula Martis Mercurij circa lacteum cir-  
culum, in principio Sagitt. Mercurio circa stationem, vel  
longit. mediam Epicycli gradum deinceps sic promouente,  
ut in coniunctione Martis quā diutissime permaneret. In-  
cidebat autē tum temporis & trigonus Saturni, Solis; verū  
quòd Mars gelu impetius praestet, praesertim Mercurio iun-  
ctus, nemo miretur: monent enim tum ferè Etefias flatu  
siccò & Aquilonio terra superficiem incrustante, ut semel  
impressa frigidi vis agrè deinceps à causis contrarijs casti-  
getur, verum vel leuissimis obsequens modo consentaneis,  
magna tamè efficacia monēta vel ex vna successione simi-  
lium consequatur. Sed ut verior ratio constet, ac magis in-  
genus corde profecta, vnde rectius deduci potuit, quā à  
nobismetipsis: Frigebant dudum in hominum praecordiis,  
inque visceribus intumescunt studia pietatis christianae, chari-  
tatis vena erga proximum quemque in Scythicam glaciam,  
indò in crystallum, aut illo quid durius obriguerat. Vna pars  
alteri facefcēs negotium, propter philantiam, nihil nec sa-  
num in toto, nec integrum permittebat: vnde & bonorum  
operum furculi, ac melioris fortunae semina putruerunt.  
Postremò tum vera gloria, tum estimationis antiquae ar-  
bores, ad radicem vsque consumpta, & arida, vix aliò spe-  
ctant, quā ut putentur tempore suo: utque quemadmo-  
dum Dominus ait, in fasces, & sarmenta dissecta aeternis  
ignibus destinentur; nisi concepto spiritu nouo, ac diuina  
mente perfusa, rursus in succum turgeant meliorem, fru-  
ctusque caelesti lumine dignos ferant: quòd nos inuabit qui  
potest, atque inuitat vltiò, si nobismetipsis nò defuerimus.

Causa hiemis  
tam porten-  
tosa Astrolo-  
gica.

Etefias.

Ratio theolo-  
gica cū praer-  
latio vel si-  
gnificatione  
prodigij.

Ca-

Ceterum illud inter tot coherentia mala visum est singulare, dignumque quod à medicis expendatur? A prima ætate nostra memoria nunquam aquè grassatum in regione Belgica morbum, qui Plinio à symptomatibus dictus est stomachace, vel schelotybe. Videtur autem proxime à magnos lienes Hipp. pertinere, vel fortassis ad Istericiam nigram. oritur enim putrefacto sanguine melancholico, potissimum in mesenterij vasis, ac circa splenem. Induit hic, quando obstruitur, naturam malignam, oppido vrentem, & venenatæ affectionis indicia prodit imprimis in ore: nã dentes cū gingivis nigrescunt, ac penitus relaxantur, cum habitu terro, qui multos contagio sæpe affecit; deinde verò & in crure, maculis parvis & magnis valde livetibus, velut in sugillatis, cum dolore hypochondrij, spinæ ac ventris totius. Durat ut plurimum aliquot menses: medicamentis duriorebus irritatur: peculiare antidotum inuenit experientia nunc in decocto scordij, cochlearia, nasturtij, silymbrij aquatici, herbe Iberidis, nucradicis similacis asperæ vel guaiaci, nec ferè aliter quam per vrinas commode vacuatur. Sæpissime id genus occurrit, paulatim nobis nunc familiarius, cū primo tamen & Frisus solis atque maritimus & ἰσχυρός videretur. Sed nunquam ut diximus ita sevit atque huius anni mensibus primis, ac toto vere vsque in aestatem. Credo etenim sanguinem vniuersum vi frigoris, multorum in venis fuisse concretum: & si quando alias idem visus est morbus, ferè post diuturnas, vel asperiores hyemes solet emergere, præsertim his quibus res angusta domi est, victuque succi deterioris aluntur, velut oleribus, leguminibus, fructibus, carnibus porcinis, persumatis: vide Hipp. in Epidemiis.

Morbus stomachaces & schelotybes mirabilis.

Causæ.

Indicia.

Antidota & curatio.

Ratio cur hoc anno viguerit populariter.

Mulleris obfessæ prodigiola historia.

Viderer mihi piaculum meriturus, si paterer silentio noctis inuolui splendidum illud miraculi genus (quo quis nomine

mine vocet, non laboro) quod in vrbe Laundnensi Gallia ad veritatis firmamentum, ante tot millium ora, atque oculos testatum voluit Deus. Etatis & formæ floridæ mulier, Nicolaa d' Aubrij, iam primum connubio iuncta, vitæ & religionis integerrima, correpta demonio est secundo Nouemb. die anni nunc labentis à Christo nato 1565. Quæ verò prodigiola ipsius affectus specie, quantis artibus demò quos ludos eâderit, quanta cum admiratione populi, cum Sacramenti CHRISTI IESV maiestate & gloria, plenius hic scripserunt, qui præsentis omnia contemplati regendæ, custodiendæque mulieri præfuerunt. Nam & horum vnus fide dignissimus vir, Cononicus d' Espinoij, mihi ob curationem antiqua necessitudine iunctus, & rem narrauit ordine, cū licuit coram: idemque paulò post absens libellis Gallicis exaratam dono misit, aliorum quoque celeberrimorum hominum testimonij, præcipuè tamen autoritate, atque sigillo Parisiensis episcopi confirmatam. Quod præcipuum est dicam breuiter. Ostendit se prius formina hic genius malus in forma defuncti siue cadaueris, auum sese illius esse dictitans. postquam verò per sacerdotem vi verbi sacri exastuans, demonem se professus fuit, iam niger, hirsutus, ac longè supra quàm dudum terribili specie rursus inuisit, subreptamque semel & iterum, de loco in locum transfudit, demum post multa foris oblata phantasmata, præcipuè cati, aut scarabæi, crabronis, ipsummet inuencula corpus obsedit. Hic blandius inter initia notos, ignotos pariter, suis quemq; nominibus compellat, multis qui confessione sacra sese non expiassent, sanda, infandæq; detegere palam: donec exhibita per sacerdotem hostia sacra, velut iniecto freno conticesceret. Nec tamen penitus cessit, Deo sic ad maiorem potentie suæ gloriam permittente. Quin hostis ille humani generis, quò laboranti formina omnem

Demonis prima aggressio & ludibria.

Signa affectus.

Antidotum singulare.

omnem remediū saluberrimam viam interciperet, eandem saepe momento temporis oculorum, aurium, oris officio, & facultate priuarat. Sed appositus ille celestis, siue angelicus panis mox omni actionum earum vinculo liberauit. Visum operapretium fuit laborantem theatro publico, & in conspectu plurimum collocare. vbi diuersa vice verbis diuini per antisites sacros exagitatus spiritus nequā, sese secundum à lucifero dixit: nec solum habitare hoc domicilio, sed omnium numerum esse triginta: quod & expressus signis; pro vero habitum fuit: cum translata paulo post ad Ecclesiam D. virginis, effusus precibus repētē dæmones 26. vno agmine, atque in nimbis nigrantis speciem diffluxere: quod matris Christi pietate in genus humanum, atque intercessione datum diuinitus, nemo vel cæcus non animaduertat. Verē etenim tu nobis quodcunque bonum est, tu sceptrā Iouēque concilias, tu das epulis accumbere diuim, nimborumq; facis, tempestatumq; potentes. Non multo post 3. alij in ade sanctorum omnium magno strepitu obsessam mulierem reliquerunt: eos fuisse ordinis tertij à lucifero, ex ipsorum professione constabat. Permanfit omnium princeps quamuis inuitus, (vt ipse coactus prodidit) prædicans insuper, quibus signis quisque discessum suum, plenamq; liberationem mulieris in proximo esse cognosceret; neque id prius futurū esse, quā Laudunensis Episcopi opera pelleretur. Interea non cessabant publici ritus, & sacra solemnia: quibus quando intererat, tanta mox figurarum in habitu scæmina secuta peruersio, tam horrenda facies visa est, vt omnem scribendam, omnemque transcendat mortaliū fidem. iā moles triplo, quadruplo auctior; iam naues, oculi recurui, flammæ, horrendum intuentes, oīū quantitate extuberant foras: lingua oris hiatus amplissimo nunc ad sternum pectoris vsque; nunc ad aures, & tempora in om-

Miraculum  
insigne.

Symptomata  
prodigiosa.

omnem dimensionē vibrata torquetur: caput orbiculatim spinam versus, & crura conuulsim rapitur: vt nisi octo aut nouē ministris coercita teneatur, rursus abrepta cunctorum oculos & manus euadat. Vnum asylum his omnibus in salutare neccare corporis Dei viui: cuius præpotenti radio, ceu Solis accessu, raptim ille nocturna tenebra vanescerant. Quāquā tum risu, tum admiratione dignissimū, quod interrogatus subinde cur vultum auerteret semina, cum sacra fierent: Quia me (inquit) Iohannis candidi terret image, quem tamen agrè nunc dominam, atque magistrum agnosco meum. Sed cur eum sic naminas? respondit, Sic nominare docuit professores Euangeliij nosos, quāquam istic sit tamen HOC; ita abrupta periodo illud innuens, Hoc est corpus meum, &c. Sed rursus cum tute mēdacionum sis omnium parens & artifex, quis tibi vel verā dicenti credet? Verūm (ait) natura non eloquor, sed veritatem nunc coactus aliunde vt mutū sumpsi. Memōdit hic lusuf insigniter quibus de veritate Sacramenti contraria infedit opinio. Conati sunt alij ad artem magicam, alij ad naturalem affectionis speciem relegare, sed nequicquā. Magnus erat concursus vndique spectatorum: compleuntur vici, fora, templa, perticus: ac penē de causa disceptantibus variè, ad seditionem res progressa est. Luctatam semel mulierem cum ipso medico ferunt, quem & pugnis affectum dimisit cum ignominia, palam post confitente dæmone, quopacto medicus idem, cum magno discrimine laborantis, octo grana antimoniij clam in os iecisset, qua quia non satis comminuta porrexerit, per vomitum reddidisse, alioqui per posticam exitura. Adhibita sunt & ligatura, & frictions, cucurbitæ, sectiones variæ, vnguentæ, emplastra, antidota, tētat. & omnes Machaonis artes. Nulla viam fortunaregit, cessere magistri Phyllirides, Chiron, Amathao-

Asylum in  
Eucharistia.

Locus dæmonis.

Quopacto dæmon  
malus interdum verbaloquatur.

Construetia  
in populo.

Ridicula medicorum  
iactantia in rebus  
planè diuinis.

Liberatio mulieris obsessæ impurissimæ prodigiosa.

Nota tempus obsidionis exactiss. 14. Septemb. à 2. Nouemb. ad 8. Febr.

Prodigiosa mutatio circa formam mulieris restituta.

Triumphus verbi diuini.

Curatio morbi & languoris ex sathanæ afflictione relicti.

thaoniusq; Melampus : vna salus in corpore saluatoris. nã demum oblato Sacramento dies continuos 3. per Episcopũ Lauednensem , tum precibus alijsq; diuinis officiis , ita compressus spiritus nequam , qui se Beelzebub nominarat , vt quanquam pauld antè supra solitum efferatior , concussam mulierem fatigasset : nunc subitò tamen 8. Februarij , die Veneris ( sed prius edito signo quod prædixerat dudum ) vinctus erupit , terribili tonitru , vlnlatu , fumo , flãmáque sulphurea tẽpli fastigiũ cõplens , vt vel à multis ab vrbe passibus audiretur . ac tum primò ( quod nunquam antè pro arbitrio mouerat ) sinistro brachio restituto , certum liberationis suæ argumentũ mulier dedit , adductis manibus crucis amplexa imaginem , toto corpore in genua reclinato , rotulentos oculos ad sidera subrigebat , vultu insuper ipso iã non mortale quid amplius relucente , sed cuiusdã diuinitatis radio , ac splendore pulchritudinis aucto supra modum . Lachryme præ gaudio tum parentibus atque amicis , tum spectatoribus Christo fidelibus exilierunt . Multis eo spectaculo mētis oculi sunt aperti : multis , ad supplicij grauitatẽ , animus factus est obstinatio . Pompa , & gratiarum actiones habitæ merito beneficij tanti , quæ victoriam verbi ac veritatis tam apertam contra sathanam eiusq; prætextatos , aut hominum specie laruatos artifices celebrarent . Vniuit incolumis hæc eo quo scripsi tempore , valetq; pancreaticè , cum marito iucundissimè degens , vt iam tertia prolis enixu sæcunda mater existat anno hoc 1573 . Diuturnus illi à liberatione spiritus mali , residebat in corpore languor , per vices inrudescens , qui tamen à medicamentis acerbior factus , à sacris officiis denuò mitescebat . Vnde res agitata amplius per hæreticos , Condeum principẽ mouit , eoque delata mulier predictorum omnium fidem fecit . Multis prætere a malorum machinis vltro citroq; iactata miserè , regit tandem

tandem Caroli , qui ipsus Laundinum venit , auctoritate componitur , omniq; deinceps bonorum cumulo restituta est . Quanquam verò vnius miraculi nomen huic historiae competat , tamen si pauld penitius cuncta perpendas , forsitan & futurorum aliquod arcanum latuit inuolucrum : si statum Ecclesia Gallicæ nunc afflictissimæ : si perturbationem , atque implacabilem morbum reip. Christianæ ; si persecutionem innumeratam , contumelias , cruces ; si tremendam speciem post annos aliquot diuino rursus fulgore , ac pulchritudine decorandam ; si demoniorum principem cum tribus alijs nota inferioris , ac 26 . pedissequis è Stygia fauce laxatum ; si rerum gestarum ordinem vniuersum , si formas affectionis prodigiosa , & tempora comparemus . Rarò etenim hi numeri 1 . 3 . 9 . 26 . aut 27 . 30 . certo mysterio carẽt . Est quidam in illo diuinum maximè , potestates demonum primò cõcessisse , qui & ordine fuerint inferiores : primò 26 . inde 3 . velut duces : postremò & regem omnium : tanto maiori cum strepitu , & terrore mortalium , quanto quicq; maioris nominis videbantur . Atqui rarò ante 30 . annos semel exagitata insigniter respublica in formam pristinam reuoluitur : quod multi ad congressus Sat . & Iouis , seu morionum caelestium periodos referunt . Sed latet his aliud magis reconditum , atque omnium primum , abyssus inexplicabilis Adrastræ . nec est nostrum scire momenta , vt aliàs dictũ est ; est vbi euenerint , signisq; responderint suis , benignitatem & sapientiam Dei extollere verum quemque , seu Christianum philosophum decet . Videbitis porrò non solum in rebus externis ideam futurorum , sed & in fati vnius regionis fata quodãmodo alterius esse depicta : vt quò se animus in altiores cogitationum angustias recipit , magis semper , magisq; quod in ordinibus mundi miretur , inueniat , vt semeripsum alieno periculo corrigat , suis erroribus

Allegoria præsentis Ecclesiæ status.

Vide de numero 30 . Efdrac vaticiniũ lib. 9 . cap. 4 . de reliquis numeris , præcedentis lib. caput 4 .

Circulus 30 annorum.

Contra eos qui temporum momenta inquitant.

Fata vnius regionis in fati alterius exarantur.

tempestivè, sibi que perniciosis affectibus libellum repudi-  
mittat. Audiunt multi, auscultant pauci: dicam cum  
Persio,

Magne pater diuim, sauos punire tyrannos  
Haud alia ratione velis, cum dira libido  
Mouerit ingenium, feruenti tincta veneno:  
Virtutem videant, intabescuntq; relicta.  
Anne magis Siculi gemuerunt ara iuueni,  
Et magis auratis pendens laquearibus ensis  
Purpureus subter ceruices terruit imus,  
Imus precipites, quam si sibi dicat, & intus  
Palleat, infelix quod proxima nesciat vxor?

Tempestas  
admodum pro-  
digiosa.

Ac ne festinantius iusto ab huius anni diuinis specta-  
culis prouehamur, Libens adiecerim extreme terribile tē-  
pestatis genus, totitruorum, fulminum, grandinis: qua Lo-  
nanij à Solis occasu, ad medium noctis incanduit, anno eo-  
dem 1565. mensis Iulij die 24. Ascendit ex euronotho te-  
terrima nubes, diuersis coloribus interfusis variè, velut  
Orci aut Acherontis voraginè præ se ferens: cōtinuè in plu-  
rimas rimas deductis faucibus scintillarum ingens copia,  
per vices abfistunt; tanquam è fornace, aut ferro cum in-  
cudi appositum malleis agitur. Tum verò vbi ad verti-  
cem venit, Deum immortalè quantum vbi que pauor! quan-  
ta ferocia! vnum ferè continuum murmur auditum est,  
acsi celo tellus & syluis maria miscerentur, vnum quoque  
continuum fulmen atque hiatus, ac si iniectis facibus mū-  
dus vndique conflagraret: tum omni magnitudine grando  
increbuit: tum (quod animus meminisse horret) dirus in  
aëre fremuit vlulatus, qui nec hominem sonaret, nec vllum  
bruti animantis genus, sed tamen proximus fuit, qui cati  
catulientibus solet, cum tinnitu, qualis à vasis abeneis vbi  
pulsantur, editum dicas. Non dubito applausum & choreā  
cacoda-

Dæmones tē-  
pestati permi-  
si.

cacodamonum adfuisse, qui spe futurorū nunc arrecti am-  
plius, festos dies ac bacchanalia celebrarint.

Propemodum è vestigio cepta sunt Belgica factiones,  
& inter principes fata dissensio, cuius & fumus & flum-  
ma in hodiernum diem vsque perdurans, necdum vel cum  
funesto totius exitio conqueuit. Orta enim inter guberna-  
tores ex emulatione dissensio, ex animerū dissensione con-  
tentio, secum & vulgus ignobile concitauit, iam inde pau-  
latim ab anno 1565. qua progressu latius anno 1566. pa-  
riterque in spē sublatis hæreticis, agitata est funditus ma-  
lignorum hominum fax, cui tunc primum optabilis vita  
est, opesque & dignitates affluunt, cum sursum deorsum  
voluuntur omnia. Secuti sunt igitur ex cōsimilibus causis,  
quæ regna Francia, Anglia, Germania, aliarumque natio-  
num, vrbes, & populos subuerterunt, euentus quoque con-  
similes totius Belgicæ olim felicitissimæ terris: quarū vber-  
tati & gloria vti tum gentes finitimæ inuiderunt; ita nūc  
afflictissimæ sui, que ruenti viribus, propè ad desperationē  
fortuna melioris insultant, fatalis cui. scdam tituli velut  
omine diro, fontes pariter atque infontes ad verè mendica-  
buli speciem pertrahente. Quem admodum verò inter vio-  
lenti vorticis fluctum, atque aduersi hyderis tempestatem,  
prudencia naua nec non insignis dexteritas elucescit; sic  
sanè & illustrissima Parmesis fœmina spectata est virtus  
eximia, qua vix absque virili sexus pudore proferri in me-  
dium potest, sed nec absque nota ingratitude præteriri.  
Stabat illa immobilis, incōcussa, hærens scopulis, & quan-  
tum vertice ad auras ætheras, tantum radice in Tartara  
tendens. Quid memcrem nostræ tum ciuitatis, tum acade-  
miæ Louaniensis raræ in antiqua religione constantiam?  
quid vulgi, ac magistratus, & studiosorum adolescentum,  
quid hominum ætatis cuiuscumque, & sexus, & cōditionis

Disscordia vi-  
rorum princi-  
pum ingens  
vitiæ publicæ  
fœminarium.

Nomē fatale.

Muliebris cō-  
statiæ excu-  
plum.

Diuinus im-  
petus animo-  
rum in repu-  
blica.

ardentissimam pietatem, fidemque in Deum, regem, patriam, in patrias leges, & consuetudines? quid sumptus supra quam sua sors ferret, labores, vigiliis, bellandi obsistendi, spiritus, supra quam militaris disciplina insolentia pateretur? cum nihil à Musis Marte sit alienius, vicit profecto diuini amoris flamma in imis pectoribus habitans, impellensque acrius, quam quoties torto volitat sub verberibus turbo. Fuit ille seditiosorum hominum furor vehemens inter initia, dum se nobilium patrocinio tutos arbitrarentur: sed idem fortuna aduersis fluctibus paulatim fractus elanguit, ubi prater spem suam, multis hinc inde oppressis atque pessundatis, etiam quos sibi velut duces, aut antesignanos ad scelorum suorum licentiam dubia quadam imaginatione conceperant, nunc aduersari maxime, nunc terga vertere cognouissent. Nam & magnatum plurimos, dum supra studium suum natas tragedias animaduertit, male auspicate rei sera iam penitentia cepit: deinde & anceps aestus incertos rapuit, ut seua rapidi bella cum venti gerit, virimque fluctus maria discordes agunt. Quare quantumuis illa semel effusa in omnem licentia campum humana temeritas vix vllis repagulis legum, atque armorum obiectis copius potuerit cohiberi: cessit tamen in vnum iam conspirante magnorum principum manu circa medium Martij 1567. postquam scilicet Hantwerpie primum edito Principis, magistratus, & Catholicorum obnixu prepotenti spes maleuolorum fracta intercidit. Tarda quidem occurrit hac sapientia rebus propemodum deploratis: sed que nisi venisset, vno momento omnem in Belgio toto felicitatem pristinam, ac vera religionis cultum ruina perpetua cecidisset. Hallensis ciuitas, & Valencena suis sese principibus & maiestati regia dederunt.

Hoc emitti non decet, anni huius 1566. Iulij 18. paulo

ante

Error popularis & funesta præsumptio.

Sera penitentia.

ante Iconomachiam rursus horrenda nubis imaginem supra finitorem conscendisse. Huic nullum coloris absuit genus, testor ipse ex αὐτομάτῃ, dixisses illius antiqui chaos imaginem, ut à poetis maxime celebratur. Vbi ad verticem constitisset, ingentia quidem fulgura cum grandine iaculata est, sed expectatione minor, cum in illo quidam insigniter rutilans ac velut ardentis Ilij flammeus color, mundo conflagrationem propè mitteretur. Sed eneruata sensim species tam prima fronte terribilis in ventos acres & pluuias desierunt.

Nubes prodigiofa.

Eclipsis Solis ingens die 9. April. h. 10. min. 12. ante Merid. cepit anni 1567. in vigore consistit h. 11. min. 40. desit paulo post medium prima p. m. punctis ferè 9. cum medio totius diametri obscuratis. Lumen pallidum valde, terris fortasse portendens deliquium maius, quam vnquam celo conspectum fuit. Cæpit ab occasu ac parte Solis inferiore, nullis tamen apparentibus stellis, nisi quod tempus vespertinum videretur. Ascendit vigoris tempore 11. Leonis. Ipse defectus in 28. Arietis. vnde non abest multum quemadmodò ceu noua ac peregrina sax terris illuxit, quã mox in Tauri principio describemus. Iã castigatis impiis, & inauspicatis cœtibus dissolutis, sperabat respublica sese prope diè in integrum posse restitui: verum ea peccata sanè grauissima, quæ vix centenis annorum anfractibus expiantur, non poterant non ineffabile diuini furoris flagellum in turbam mortalium (fontes pariter atque infontes) calitus excitare. Nam ut liquatis niuibus sensim torrentis vnda exuberans; sic ira diuorum minatur diu prius quam impetum faciat, obuia quæque corripies: at semel immissa, vel dormientibus nobis, vel ob veternum portitoris ruptis aggeribus, latè deuastrat omnia proteritque: si qua relinquit, ea tum multo madore perflua, cum fluctibus exoluta (nisi de nouo

Eclipsis prodigiofa.

Diuini furoris magnitudo.

d 4

sub-

(substruas) in cariem ducit, ac ruina periculis obijcit sempiternis.

Venturæ calamitatis diræ præluia.

Anno itaque 1567. de cunctis certier facta regia mægesta; misit Albanum ducem, hostibus ipsis vel sola antiqua gestorum fama ac memoria metuendum: cuius potenti dextra quicquid in sua ditione corruptum ac putidum refert, ad vitam vsque radicem amputaretur. Erat fortassis illa diuina iustitia lex, certumque consilium, quale interdum & Medici inflammatis visceribus, aliisque in morbis difficillimis imitatur, dum vel auctore Hipp. vel Galeno affluentem sanguinem non modò reuellunt, sed & ad animi vsque defectum sæpe euacuant. Nec vno tantum iudicio mundani spiritus propinquum saluta totius cardinem præluserunt; iam & terrarum, & pelagi vultus nescio quid dirum ac turbidum minitabantur. Pluisse triticum serunt non procul à Lut. enburgo. Aqua exorbitantes amplius inundarunt, corrumpuntur agri, satia læta, bovmque labores. In hominibus ipsis contrariorum affectuum pugna (ceu mixta dolore voluptas) vix tertium quicumque consistere patiebatur. Nunquam tot subito morbis comitialibus, apoplecticis sunt extincti. Nam post niues plurimas superueniente continuo gelu, fluxiones è capite ceu manu compressis spongiis desuebant celerrimè suffocantes. angebat vehementiam mali constrictus metu siue angustia spiritus, tum sanguis ipse in vasis sensu præsentium, præteritarum rerum memoria, ac futurarum horrore concretus, quo nihil vel ad putredinem vel obstructionem; atque ex consequenti ad febres pestilentis, inflammationesque est efficacius. Conseruebant astronomica causa, quas referre nunc superuacaneè duxi. Guilhelmus Nassouius Princeps Aransinus, sedata seditione Hanuwerpia, summòque discrimine superato, multa reputans cum animo suo, ac malè securus;

magna

Pluvia frumenti, aliq; portetia varia.

Morbi populares ex horrore mortali nati.

magna nobilium caterua comitante discescit, April. 21, anni 1567. scilicet tutam pauperiem, atque exilium præferens possessioni ancipiti, ac nimis periculosa. Monitus erat & comes Egmondanus aperto satis oraculo: nam vbi exemplo suo ad permanendum reliquos hortaretur, responsum illi quasi per lusum ferūt, ipsum & latioribus humeris, lumbisque robustioribus præditum esse, vt insultorum posset aduersos impetus sustinere. Verum quid agas vbi certò numine res aguntur, ac semel ereptus animo splendor humani consilij vires, fortunamq; destituit? Fatæ oberant, præcidiisque viri Deus obstruit aures. Ita certissimum serè præsagij genus nunc ab ipsis interdum præcordiis hominum quibus intenditur, nunc & ab increbescente strepitu vulgij vim veritatis obtinuit, iuxta dictum Prophetæ, vox populi vox Dei.

Fuga periculæ temporaliæ.

Animus sæpè ex confidentia coccus.

Præcessit & aliud portentum admirabile, verū à paucis animaduersum: nam post squallores diuturnos æstatis à 21. Maij ad medium Julij 1567. repente 14. die ortus est ventus vehemens, eius generis quæ *λευκορόσσα* nomine Hipp. insigniuit, is enim sereno aère spirans ex Austro Africo tāta violentia in fruges iam plusquā maturas ingruit, vt cōcussis calamis partim, partimq; diffractis, (qua verè calamitas appellanda est) vniuersum propè frumenti genus sterueretur, porci & auibus, cæterisque animalibus peregrinis in vita subsidium cedens. Quo quidem ostento quid aliud innuit peccatoribus Deus, quā quod apud inferos olim turba gentilium in vno Tantalò per figuram pœicam lusit, quā quod in sacris tot indefessa voce declamant vates? quod legem & fœdus suum relinquētib; ipse per suos ministros ac nūcios sæpè minatur Deus: sese videlicet vt pueris delinquentibus ostensurum quidem plurima bona, ac velut in manus daturum, qua tamen priusquam labra

d 5 603-

contingant, possessor auferat alienus: vt vos non vobis velle fertis oues. Liberet è sublimi specula nunc illud alius exclamare,

En quò discordia ciues

Perduxit miseros, en queis consueuimus agros. Sed & ista propter affectus humanos semper instabiles, suã quoq; vicissitudinem habent: ne quis vel in gurgitem ira diuina præcipitatus vnquam dum vixerit, de clementia eiusdem atque inexhausta bonitate desperet: τὸ γὰρ ὀσπὸν ἐν θεῷ, καλῶς ὀφείναι χεῖν. Vt autem redeamus vnde digressa fuit oratio, venit in Belgicam terram regis exercitus. Decimo enim die Augusti 1567. præcursores Germani primum per Louanium iter fecerunt Hantwerpiam versus: secutus est dux Albanus multis tum Hispanorum, tum Itatorum antiqua militia milibus comitatus.

Concordia res patuas crescere, discordia maxima quaque dilabi.

Vicissitudinis in rebus humanis exemplum admirabile.

Religio vinculum pacis.

Capti sunt 9. Sept. 1567. & coniecti in carcerem illi quorum nomina vt virtus olim ac rerum bene gestarum gloria ad dignitatis fastigium semel euexit, ita nunc casus inopinatus, subitus, exemplo maximè formidando, acerbam sui memoriam, terrorèmq; ineffabilem in hominum sensus atque ora diffudit. Eodem tempore Gallica pacis ac fidei disrupto fœdere ( quod inter pugnantes hæreses, cultusq; religionis ita diffformes raro vel tutum esse potest, vel diuturnum) noua rursus in Francorum regem exorta seditiones, & quæ sepulta hæctenus videbantur simultates, velut excusso cinere subito in maximum incendium proruperunt. Mirum certè, imò præ aliis admirandū, duos monarchas orbis Christiani potentissimos, tuenda religionis, concordia, æquitatis maximè studiosos, acerbis tamen seditionum fluctibus ita iactatos hæctenus atq; exercitos, vt naturam vtriusque pulcherrimam credas meritò cum fortuna aduersa duello propè perpetuo laborasse. Sed hoc illud est quod

quod breui oraculo constat, magnis magna cõmittit Deus. Non est quòd inspectanda deinceps fabula humana causa se quispiam in regiones conferat peregrinas, totūque orbem circumiens & mores hominum, & casus perlustreret & vrbes. Pauci qui deinceps sequuntur anni multorū vel millium instar omnem fortuna vtriusque effigiem optimè circumscribunt: tot repente mutationes incidunt, aliis ex humili casa in sublime subuectis, aliis in præceps è fastigio deturbatis, iuxta illud, tollimur in calos curuato gurgite, & ydem subducti ad manes imos descendimus vnda. Multis celebrioribus tum Flandria, tum Brabantia locis, vt Gandau, Namurci, Valencenis, Bruxellis, Hantwerpie, omnia complentur armato milite: vbique luctus & pauor, aliis nunc è conuiuio, è strato molli atque complexibus parentum, fratrum, coniugum, liberorum repente ad carcerè ductis, aliis è carcere ad mortem, aut carnificinam morte crudeliorem: lamentis, gemitūque, & famineo vlulatu tecta sonant, resonat magnis plangoribus æther. Iam hæc sunt illa æterna diuini furoris, atque iustitie monumenta: hæc spectæ in nobis pietati præmia certa restabant: hæc denique morbis extremis summa remedia, vbi pro claris triumphis irent obscuri & lugubres dies, pro pompis lætitiæ quotidiana funera, pro vini fontibus effusi sanguinis rini ante ora mortalium fluitarent. Sed ego hæc latius, & supra quàm proposueram tragico stilo, vt istuc attentius intuens vel sera posteritas discat in rebus prosperis illum qui author est omnium reuereri, ac tum in terra, calisq; amicos sibi parare cum res in tuto esse crediderit, vt quando exciderit fallente vestigio, præsto sint qui subrigant protinus, fulcroque solidiore confirmet. Id verò nusquã nisi in vnitæte credentium, quæ certo dumtaxat ordine, ac longè pulcherrimo, ab vno vertice CHRISTO IESV per Apostolos

Prodigiosa in publicis rebus fortune vtriusq; mutatio.

Contempta religionis ac pietatis tragicus finis.

Felicitatis anchora in vnitæte conuulsi.



stolos suos & successores, per manus & membra reliqua  
vnius Ecclesie hactenus in continuum prerogatur. Felices  
ter & amplius quos irrupta tenet copula, nec malis diuisus  
querimonis suprema citius soluet amor die. Verum vix  
nostra tragedia actus secundus praterit. Coepit est sub idē  
tempus, nimirum 28. Octob. 1567. arcis delineatio prima,  
in fronte ciuitatis Hantwerpiana: Incidebat tum & luna  
eclipsis punct. 4. cum triente, quae coepit paulo ante primā,  
fuit in vigore circa secundam, min. 50. post tertiam statim  
decrepescens ambobus luminaribus afflictiis radio vtriusque  
malefici Sat. & Martis. Vigebat nunc quoque secundū di-  
rectionis cursum elapsa dudū obscuratio Solis. Nec minus  
in Gallia concitatis inter se copiis pugnatur accerrimē, vtrūq;  
hic supplicio capitali, illic fortuna belli multorum milium  
strages edita terram humano sanguine fermentarunt.

Scilicet & tempus veniet, cum finibus illis  
Agricola incuruo terram molitus aratro  
Exesa inueniet scabra rubigine pila:  
Aut granibus rastro galeas puluabit inertes,  
Grandiaq; effosis mirabitur ossa sepulchris.

Regis Galliarum copia circa finem anni in angustum  
admodum ab aduersariis rediguntur. sed tandem ob-  
tinuit pietas, seruatūque animo numine incolumem sese  
ab hostium suorum machinis expedit. Concilij sanctissi-  
mi Tridentini decretum Louanij promulgatum est Na-  
uemb. 29. Interea & principis filius Comes Buranus, pra-  
claræ institutionis ac generosa indolis adolescēs, subito ac-  
cessit in Louanio in Hispaniā ducitur 16. Feb. 1568. Dis-  
cessit paulo post optima Gubernatrix, rerumq; reliquit ha-  
benas. Plures illam nunc absentem questu, & iustis laudi-  
bus prosequuntur, quam presentem aliquando vix tulerūt:  
vs serē in rebus humanis solet, atque elegantiarum apo-  
logo

Defectus lu-  
minum.Seditioū ex-  
emplagruuif-  
fima.Casuū mul-  
tiplex varie-  
tat.

logo fabulator Phrygius prae monstrauit. Prope Dulensem  
ciuitatem collecta Gallorum manus mense Iulij 1568. oc-  
culto molimine vagabatur: sed callidus miles Hispanus vt  
suboleuerat, manu impetu facto vicit, oppressiq; ad in-  
teruentionē vltimā triumphauit. Mox & Bruxellis capite  
plectuntur de captis nobilissimi quique, vsque ad 18. aut plu-  
res numero. Circa 20. Maij in Frisiam comes Ludouicus  
irrupit: occidit fato crudeli, sed sibi decoro, atq; huius pro-  
uincia luctuoso, comes Arenbergensis: cecidit ex altera par-  
te principis frater, comes Adolphus. Accepta clade fortissi-  
morum militum, regalem curiam cum luctu nō mediocri  
terror incesit. Quinta verd Iunij in profesto Pentecostes,  
plectuntur & illi quorum illustris natalium splendē mor-  
tis terribilem famam velut momento in orbem sparserat  
vniuersum: raptus est imperio regij nominis, qui dextrum  
regis ipsius latus sapissimē clausit, dominisq; & placidus  
instar agni, fato sese ac diuina providentia subdidit, cuius  
aliquando vultum instar leonis pauid Gallia. Sed ego iam  
meimet penē oblitus nimium in contexendis historiis pe-  
dem fixi, quod reliquum est scribat posteritas, cui licebit  
& planius multo & tutius: quanquam nec ipse ed vsque  
progredere, nisi me fortius istic ira diuina vestigia com-  
mouerent: quō nimirum constet quā sit signorū omnium,  
euentuum, atque causarum apta connexio: quāq; omnia  
in omnibus hactenus diuina pariter atque humana con-  
sentiant. Nam & ante tot funera, tot cades atque confli-  
ctus, testis erat ceu futurorum index certissimus conuersa  
solis facies in orbem rutilum ac serē sanguineum, omni  
splendore pristino destitutum, qualis à nobis, aliisq; pluri-  
bus sereno aere, diu ante occasum visus est anno 1567.  
Sept. 20. die. Confer nunc vniuersum historia cursum, vi-  
de quā viris nobilibus, praesertim nono post mense hic  
illata-

Aefopus om-  
nium tū pra-  
sentium tū fu-  
turorū certis-  
simus vates.Fortuna sub-  
limioris hor-  
rendū prae-  
cipit ac fune-  
ra catastro-  
phe.Solis prae-  
dicta facies.

illat.abilis annus atque exitialis extiterit.

Pluvia sanguinis per multa Brabantiæ loca.

Illud modo non citra horrorem maximum, ac triste mentis præsagium scribi potest, quod ipso Pentecostes die, quo maiestas æterni spiritus olim in homines fusa, usque in mundi extremos angulos permanauit, nunc atri sanguinis gutta innumerus locis ingenti copia sunt reperta, præsertim non procul Louanio, & sacri montis archiuo. Testes sunt infiniti qui ad memoriam rei, ramos ingentes vlmorum, & quercuum succo purpureo grauidos retulerunt. Ipsa & humiles herbae, & gramina cum celsis arboribus passim per sylvas diu huius cruenti sæculi notas, ac stigmata tenuerunt. Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.


Pestilentia cum aliis epidemiacis morbis.

Interea & pestis Louanij sauiit, sed magis in proximos pagos, aliis contagioso febres, cum sopore, delirio, atque exanthematibus variis contigerunt. Sed quod contextus rerum atque ordo perpetuus constet, dux Albanus animoso spiritu præcepit in hostem cum toto agmine veritur. Simul atque in Frisiam venit, aduersariorum copias miratum celeritate negotij, tum loci, rerumque oportunitate consecit 21. Iulij, caesis prope Groeningam multis Germanorum milibus, qui & comitem penè prodiderant, dum more suo pecuniam in ipso conflictu turbine postularent. Ferunt comitem vicini fluminis cursu nudum sibi salutis viam ac natandi peritiam reperisse. Celebrata est victoria cum triumpho memorabili Bruxellis, omni velut iam tempestate fugata. Sed nondum finis, ut enim in hominum moribus sunt circuitus certi, sic & in signis siue prodigijs, inq; omni rerum mutatione docuimus.

Chasma horrendum in caelis visum.

Mox ante infaustam irruptionem militum Germanorum, nonne eadem portenta in aëre visa, quæ paulo ante confæderationis auspiciis? Nam & hiatus, siue vorago cali circa Septentrionem velut excussis hastis ardentibus, telis,

reliis, atque flammaram globis, vniuersum aërem per noctem integram illustrauit, 1568. Sept. 25. nec multo post Princeps Aransinus Mosam transgressus non parum huic regioni terroris inuexit. \* Verum illa maiestas nominis



regij & constans populi erga eandem fides in hisce tumultibus non secus quam aurum ignibus explorata est, nec secus quam puluis à vento, à Solis potenti radio niues atque caligines discuti solent, ita & nostrorum aduentu coacta tempestas celeriter expirauit. Multa quidè in ea expeditione contigerant, quæ referre singula non patitur locus.

Fides & constantia populi erga regem.

Secuta est hyems asperrima vsque in medium mensis Martij 1569. Inundatio facta Louanij præcepit mense Ian. die 13. Templâ Arscotij, Thenis, alijsq; cõpluribus locis igne percussa caluit accenduntur. Viguit rursus & Stomacace, & schelotyrbe: sed ante alios morbos melancholia hypochondriaca, multis tum horrore asiduo marcescentibus indies,

Inundatio.

Morbipopulares.

indies, tum insolenti rerum nouatione at tonitis. Paulo post  
 Condens occubat, tractus in acie tormento bellico, quem  
 certis occasionebus irritatum in regiam maiestatem multi  
 velut tragœdia caput atque choragum esse voluerant. Vsq;  
 adeo ad generū Cereris sine cade & sanguine pauci descē-  
 dunt reges.

Eclipsis Lunæ  
 fatishorrēda.

Menſis eiusdem die qui præceſſerat tertio, hora tertia,  
 manē Phœbe eclipſim horrendam patitur, diuis coloribus  
 inſignita. primò etenim fuſcus, inde ſanguineus fulſit, mox  
 & puniceus, & virens, & linidus, ac tandem incredibili  
 varietate deformis. Iris expreſſa noctu hora 12. viſa eſt

Æris incle-  
 mentia.

Martij 12. celo ſereno ac temperato, ſpirantibus Cauis.  
 Stabat hac diu ſuis perfectè coloribus inſignita. Acceſſit  
 gelu prodigioſum, ſubitum, lōgè acerrimum, à 14. Martij,  
 vſque ad 16. diem. per ſyngamiam Sat. Solis, Martij, Mer-  
 curij. Secutus eſt è veſtigio terramotus 14. Maij, circa 12.

Terramotus.

Secutus eſt è veſtigio terramotus 14. Maij, circa 12.  
 noctis, cum rauco murmure. Ferebant tum tēporis & ſpe-  
 ctra ruſus in aërē peruſgata. Equidē hora ſecunda, m. 40.  
 tranſactis, concuſſionem quoque alteram ſenſi, bis conti-  
 nuè, quarum vltima ad ſpatium 3. aut 4. minorum  
 circiter perdurabat: colores tum in aërē vidi varios, incer-  
 ta ſpecie, valde terribiles. Puto huc aſpiraffe radios antè  
 dictos circa ingreſſum Solis in Arietem, accedente nunc  
 apta connexione per trigonū Iouis, Martij, atque Mercurij.  
 Ferè ſub idem tempus coram principibus terræ Belgicæ,  
 propoſita primū cenſus regalis inueſtigandi ratio difficilli-  
 ma, conſragoſo murmure, plebem in diuerſas ſententias  
 concitauit.

Cauſa Aſtro-  
 logica.


Hoſ terramotus exceperunt maxima tempeſtates. Pri-  
 ma vëtorum fulminum, grādinis, cui vix vllius pugni am-  
 plitudo certaucrit, ( aiebant in plerisque fuiſſe & capitis  
 molem) in agro Heuricnſi prope Louanium, die 13. menſis  
 Iulij:

Grande pro-  
 digioſa.

Iulij: altera tonitruorum, & procellarum, menſe Aug. die  
 18. que tanquā ruptis nubibus, effuſiſq; cali catarrhactis  
 hiatum protentofum terræ, ſimulq; arena alluuiem incre-  
 dibilem circa Parcenſe cenobium inuexerūt. Domus paſ-  
 ſim in pago Vinkeboſch in terram ad fauces vſque demer-  
 ſa, arbores alta iuxta viam conſtitæ ita ſubuerſæ à radici-  
 bus, vt capite in terram reuoluto, inferne partes ad ſydera  
 proſpectarent, vt & in hunc vſque diem reſidua quadam  
 monumenta teſtantur. Non dubium quin ex antiè defixis  
 caſtris eadem in regione, idola quadam ſue phantasmata  
 inter ſe colluſerint, inuitus diſceſſura à mœnibus noſtris,  
 dum velut chorea circumducta ruſus hoſtili exercitu re-  
 petantur, quod ante finem anni fore cognouerant. Inter ea  
 propter neceſſitatem bellici nerui, multo hinc inde difficul-  
 tatibus ortis, exulcerata plebs inſoleſcit mirum in modū.  
 Veniant Hiſpani milites Louanium 24. die Aug. 1569. Mars inter  
 vixerunt cum ciuibus moeſtiſſimè, ac ſupra quam quiſq;  
 metuerat, credo vt ipſe Muſarū attacktus emollijt. Sed antè  
 quam philoſophiam plene perceperant, diſceſſerunt. Sept.  
 22. querelis precibusq; apud ducis excellentiam fuſis, im-  
 primis verò interceſſione clariffimi domini Doctōris B. Ariæ  
 Montani, ſ. pagina interpretis regij, quem & in aliis in-  
 finitis patronum ſibi inſignem tum ciuitas, tum vniuerſi-  
 tas ſenſit.

Hiatus caeli  
 mirabilis.

Porro Sept. 10. die anni 1569. portentum aliud, dum  
 apud nos agerent, Hiſpanis militibus viſum, vti ex pluriū  
 (qui forſè tunc agebant excubias) narratione didicimus.  
 \* Primo circa vndecimam noctis, ab Helleſponto calum  
 quaſi perfuſum ſanguine, eius tamen fulgoris vt legi qua-  
 us potuerunt. inde cum luce infanda, crux orta rubicun-  
 da, octogenæ. poſtremo crux alba, ſplendoris admirandi,  
 vt conſpectum oculi vix ſuſtineret: tum & calum diſcindi  
 viſum



visum est, & stella discurrentes ordine perturbato flammis inuicem iaculari: capiat hac qui mente valuerit, inq̄ craterem illum Mercurij sese demerserit. Sed confer obsecro effusionem sanguinis que post secuta est: & mox phenomenon syderis noui in speciem crucis fulgidissima constitutum. certe hac omnia non nisi à communi quadam intelligentià rerum gubernatrice profecta intelliges, dum (vt libro superiore latius dictum est) misera generis nostri, ideas aduentantium rerum Minerua quadam rudiore depingit, vt mali presagus animus nunc somniantibus nobis, nunc vigilantibus per similitudines saepe pramonstrat.

Vt q̄, attentius istac mortalium oculis insiderent, accessit alter cometa pallidus circa Nouembris initium, cauda vibrata longius in Subsolanum, qui profesto Martini (octauo scilicet die) paulo altior visus, sed mox incrementibus ventis cum imbre continuo, dissolutus euauit.

Annus

Cōsensu partium vna lex in vtroque mundo.

Cometa Saturnus.



Anno sequente 1570. mira in rebus plerisq̄ mutatio, ceu insolentioris fortuna ludibria cōtigerunt. (sed obseruanda hic non supinis oculis radiorum illa mirabilis symphonia, qua contigit statim post mediam mensis May) Spectata sunt varia calo chusmata, praesertim prima Aprilis, & 4. Aug. multi quibus pridem in alios vita necisq̄ potestas data. abusi graui Ducis, in crucem aguntur. sed nos confesso illorum nomina praeterimus. Germani milites, quod suo comiti cum Valencenis ageret durius restitissent, per ducta Hautwerpiam, atque insidiis circumuenti, argentum ferro, vitam morte commutant. i 6. Iulij regali theatro magnifice structo dux illustrissimū donum regalis clementia promulgauit. Anna Austriaca, inuictissimi Imperatoris filia, Philippo regi serenissimo desponsata, ventis secundis mare ingreditur, nauigat in Hispaniam. Mensis vero Nouembris diebus secunda & tertia cum ab illa cometa superioris apparitione nūc anni exacti circulus volueretur, diras successit clades Hollandiae, Zelandiae, Frisiae; dum euersis agreribus, pagis, armentis obrutis, hominum quoque multorum milia vi diluuij sunt absorpta: quo tamē propediem velut in nube depictum, ac multo ussadem crudelius alterū immineret. Obserua hic sedulo continuatā temporis symphoniam, ac si fatali serie in eundem diem multa successerint non parua admirationem apud posteros habitura.

Nam & anno sequenti in Frisia tractu sanguinem pluuisse mox audies: anno deinceps altero in Geldriam venit exercitus regis, & prima tantarū cadum auspicia his regionibus extiterunt. Cum itaque praeter alias tempestates in-

Rariores copulae planetarum.

Rerū humani vicissitudines crebrae & prodigiosa.

Diluuium oppidum miserandum.

Calamitatum in idem tempus incidentiū series post fatalis.

Prodigiorum  
affiditas  
portentosa.

Exorbitatio-  
nes fluminū.

Aëris intem-  
peries rara.

Ominis exem-  
plum apud  
Louanienſes.

Secura pau-  
peritas.

*ſolitas, diluuiâ ignis & aqua, monſtra, prodigia, vix vnquam ab auis & atavis tot congeſta diuorum mina, tam filo perpetuo conſpirarint: credibile fuit nunc imminere denudò rerum ætus ex imo fundo inenarrabiles, ac ſtatus publici metamorphoſeis: præſertim regionibus illis ad quas diuorum nuntij mittebantur. Aquæ etenim rursus inſolentes Louanij bis via vi facta & vicos humiles, & tecta perumpit. Semel anni huius 1571. Feb. 5. atq; iterum æſtate media Auguſt. 23. per diurnas copulas Sat. Solis, Veneris, Mercurij, ex auctis imbribus præter communem naturæ, & temporis curſum. Vix vnquam procellas ita cõtinuas vidi atque à 15. vſque ad 23. ſed maximè vigesimo primo, per diem ac noctem integræ, ac ſi reclusis omnibus valuis Deucalionem ſæculum impondiſſet. Ingens vbique iactura & calamitas irreparabilis, quanquam neſciam ſanè in eo genere an plus incuria, aut quorundam inſcitia, an peruiacia potius circa oſtiorum negotium, an materia aſſuientis exuberantia fuerit tribuendum. Vt vt eſt, ita diſ viſum fuit, illudq; veriſſimum patet, quicquid delyrent reges piecluntur Aſiui. Ferè ſub idem tempus (ſi magnis parua conferre licet) turris ampliffima D. Petri collapſa lateris vnus parte verſus Thenenſem portam, ſeu plagam Orientalem, diu ruinam horrendam ciuibus munita eſt, ſed & manſit immota poſt, & vt curetur expectat, quamuis non tam medici deſint, quam nerui & curationis apta materies. At hæc inopia cum Muſis habitas duros ac ſobrios in pleriq; in multis verò nos tutos hæcenus, atque ſecuros fecit. Sunt iſta ex ominum potius quam prodigiorum genere, in quibus tamen propter concentum ſe conſequentium rerum incluſa perſepe diuinitas latet. Nos huius acerui cætera, quod ſuperſtitionem propius viſa ſint redolere, prætermittenda putauimus. Interea febres acutæ*

admo-

*admodum cum delyriis, morbilli, dyſenteria, vermes ſupra numerum graſſabantur: tum pluri paſſim peſtilenti contagio perierunt, præſertim Bruxellis, Hautwerpia, menſibus Iunio, Iul. Aug. Sept. Octobri. Sed nunc maior in medium proferamus: non omnes arbuſta iuuant, humilèſque myrica. Alius nunc rerum ordo, alia facies aperitur. Ortus enim paulatim fremitus popularis, anno 1571. ob cauſas omnibus manifeſtas, ſenſim vires & pabula ſumpſit. Regina Angliæ grauiter periculata, tamè euasi. Cũ verò multa pecunia viſ abſumpta in vſus bellicos, nouam exigendi occaſionem præbuiſſet, propoſita res vulgi iam dudum incẽſos animos inflammauit.*

*Itaque eiſdem anni Sept. 11. die veſperi, poſt atrociffimam tempeſtatem, tertium chaſma in aëris parte quæ circum ſpectat, prioribus non abſimile nobis eſſuſſit, externorum hoſtium irruptionem alteram præſignificans, ab eodem cardine ſcilicet vnde corpus illud præluſidum, nigranti peripheria clauſum, vibratos undiq; velut è centro flammarum radios exerebat. Anni vero ſequentis primo ſtatim veſtibulo (nimirum Ian. 1572.) turbarum ſumma præſens incanduit, obſtinatis animis tumultuatur ignobilis plebs. Aperit ſe verò nunc primum philoſophandi è ſenſibilibus rebus opulenta materies: quæ ſanè liberet velis ingredi plenioribus; ſed neque hiftoriam tracto, neque me fugit quod ad Aſinum Polliõẽ ſcribit Horatius, qui belli cauſas, vitia & modos, grauesq; principum amicitias, & arma nondum expiatis vnctæ cruoribus periculosa plenum opus aleæ tractat, incidere per ignes ſuppoſitos cineri doloſo. Quare que licet in iſtu qua modèſtia, vel apathia robore poſſum, attingam breuiter, quod cõſtet quãtopere multum ſeſe myriades, cœu iunctis arſulis trahant, vbi maioris indies inſelicitatis anthores inuenit temporis epor-*

Morbi peſta-  
lata.

Vox popul.

Alius hiatus  
caeli.

Animorũ fer-  
reus rigor.

Præclara ad-  
monitio.

Scopus au-  
thoris in hi-  
ſtoriarum ca-  
pitulis refe-  
rendis.

tunitas. cum enim res ad seditionem spectare nunc propius videretur. parati mox plurimi inter exules in loca maritima perreperunt. April. initio 1572. vbi primum sub libertatis amplissima titulo, nullum prope vel anarchia vel insolentia genus omissum ferant. Sic sane sic miserando mortalium generi contingit ab uno infelicitatis extremo in alterum volutari, atque dum medium querunt, dextrum Scylla laus, leuam implacata Charybdis obstat. Loquor de his potissimum qui rebellandi praevidendiq; studio Deum in linguam Martem cruentum & Furias dextra effundere consueverunt; aut pacem orare, manu pratendere puppibus arma. hi enim sunt qui secum innoxios perdant, & venia dignis omnem serè salutis aditum intercludunt. Quam verò durum sit homini contra stimulum calces urgere, non minus ex huius liquet commentis diris successibus, quam quòdam substructa in calum arcis Babylonica, vel per aggressum Pelion Ossa. Rebus concussis vndique, status Belgici maturo consilio mittuntur è coetu nobilium, atque ordine sacri, ad Regiam maiestatem. Interea & Principis frater comes Lodovicus, militaris astutia strenuus architectus, ac minime stertens, celebritate mirabili Montes Hannonia cepit. Eodem temporis puncto & Valencena repente ab hostibus occupata, qui tamen obiecta arcis violentia denud repelluntur, non absque infanda civium clade, cum mox in reliquam turbam eam tempestatis atrociam verteret. Cessarent paulo ante consimilibus dolis & ciuitas Vlysingana atque Verensis, in tractu Zelandia. Paulatim & in Hollandiam se tota effudit ekuiues: multae vrbes, & arces viriliter restiterunt: seductae plurimae, aut spe metuae compulsae, in potestatem hostibus concessere, vita iam vniuersim, atq; fortuna bonis quasi in fritillum quempiam amandatis. Sic sane progressus est hic miseriarum omnium rapidissimus vortex,

Inflam-  
mationis vigor.

Astutiae ac celebritatis in rebus gerendis exemplum memorabile.

Calamitatum cathena quae non perperua.

vortex, seu summa iritatis, donec pestilenti contagio in Transsylvaniam, Frisiam, & Geldriam vsque peruenit. Interea plerisque locis vastantur & aedes sacrae, fugantur prohi & improbi, vertuntur in a summis, sua cuiq; Deus sit dira cupido. Infracti animi dux Albanus, causa & potestati regiae fidens, parum turbari haec tenus, aut festinarius agere, sed dissimulare seculo, paulatim duntaxat vires colligere, captare tempus idoneum, quo se minore periculo, maiore facilitate expediat. Successit illico, quod vel optanti diuini promittere nemo audeat. Collecta Francorum turba (serè sex millium) circa medium Iulij, cum iter in ciuitatis Montensis praesidium destinasset, errore viarum atque indicis dolo lapsi in insidias hostium, delictiq; funditus, fato miserrimo perierunt. Dux ouans insignem expeditionis suae promouet apparatus. Interea Princeps Arasinius à suis impulsus, vt occasionem tam praecalam non negligeret, quae & votis potiri suis, (vti persuasum fuit) ac periclitanti iam fratri ob illius causam, mature posset occurrere, peditum equitumq; multis instructus millibus, paulo ante quam Francorum edita strages, Ruremondensem ciuitatem ad Mosam costiam vi aggreditus, atque expugnat, Gallis militibus, ciuiumq; nonnullis (qui tunc armati occurrerint) interfectis: quod reliquum, serè in praedam militibus datum est. Ea res Brabantiam, orasq; finitimas tremere fecit; agrestes & sacerdotum plurimi in fugam vndique se coniciunt. Mechlinienses lena mentis auspicio, cum praehorore militum Hispanorum paulo ante oblatum à duce praesidium recusassent, clam vna nocte inimicam illum rem recipere. Paucorum sane id conspiratio fecit, praeter consensum vel expectationem optimorum ciuium ac magistratus. Sed semel immissa tempestas vniuersim peruagatur, nec tam subinde foricas, ac domos lenonias, quam sacras

lentè festinandum.

Strages memoranda.

Homo proponit, dispone Deus, qui solus nouit quid serus vespere vehat.

Animus ex anteacta rei conscientia, de salute desperans quid facias vide.

ades, aras, atque suggesta conuellit. Factum id annotauimus anno hoc i 572. Aug. 20. die, atq; tum verè locus oraculo fuit ex Aeneid. 2. Scandit fatalis machina muros: fœta armis, circum pueri, &c. Dux Bruxellas deserens, Bergensem obsidionem serid iam aggressus, Ludovicum comitem, eiusque prædiarias turmas tormentis bellicis nocte dieq; satigat. Erat autem instructus ingenti exercitu Gallorum, Germanorum, præsertim pedestris armatura, cum antiquioris cohortis prætorie equitatu. Die autem 27. fama ad nos peruenit de cæde horrenda principis Admiraldi; peremptum callidè tanquam vocatum ad nuptias ferunt 24. Aug. profesto D. Bartholomæi: Quis stragem illius noctis, quis funera fando explicet? Nam ad exemplum Sicheimitarum in historia Dina, vno quasi momèto plura cecidisse quinquaginta millibus arbitrantur tum Lutetia, tum alibi, fato crudelissimo & Laniena virorum, conjugum, liberorum, omnis sexus, conditionis atque ætatis, his quidem traiectis globo, gladiòue confosis, illis in præceps datis, aut furca, aut saxi congerie, aut vortice fluminis suffocatis, vt quondam aliàs de Tèplariorum excidio, & Sicula noctis infandis tragædiis monumenta historica prodiderant. Sed isto tam inopinato cardine, atque inter alios extremè formidabili casu, edocti ceteri, iam nutare amplius, iam serò sapere, iam præteritorum penitentiæ duci, ac propè institutum prius cum animis despondere: iam penè quo filo ciuitates antè defecerant, post Montensem deditam (vti mox audies) paulatim sese & aliæ in potestatè regia manus ceu postliminio recepere. At quenam rerum facies? quam saeuo turbine & ima sursum, & summa deorsum raptæ voluuntur! nunc illud est quod poëta Tragicus clamat,

Tardè licet

Veniat, venit tamen horridopede calitus

Panicus furor.

Tragicus rebellionum finis nulli exemplo hæcenus horrores magnitudine comparandus.

Noctes Siculae in proverbiis æbierunt.

Sera penitentia.

Digressio poetica.

Delapsa tandem plaga, cosq; corripit,  
Pietate qui spreta, atque honesti vinculis  
Ruptis, ruunt dirum in furorem.

vt eleganter ex O Edipo Col. Soph. verit doctissimo Ratalerius. Sed vt idè cecinit, τὸ βρὸς τὸ βρὸς πῶρον ἔλεπαι. Ac ne digrediamur longius, non est cur nostra ruina causam queramus alibi quàm in nobismetipsis. Sæpe melioris exèplo, inhumanitas officiiq; neglectus tū erga Deū tum proximū calamitatū omnium causa.

vt eleganter ex O Edipo Col. Soph. verit doctissimo Ratalerius. Sed vt idè cecinit, τὸ βρὸς τὸ βρὸς πῶρον ἔλεπαι. Ac ne digrediamur longius, non est cur nostra ruina causam queramus alibi quàm in nobismetipsis. Sæpe melioris exèplo, inhumanitas officiiq; neglectus tū erga Deū tum proximū calamitatū omnium causa.

vt eleganter ex O Edipo Col. Soph. verit doctissimo Ratalerius. Sed vt idè cecinit, τὸ βρὸς τὸ βρὸς πῶρον ἔλεπαι. Ac ne digrediamur longius, non est cur nostra ruina causam queramus alibi quàm in nobismetipsis. Sæpe melioris exèplo, inhumanitas officiiq; neglectus tū erga Deū tum proximū calamitatū omnium causa.

vt eleganter ex O Edipo Col. Soph. verit doctissimo Ratalerius. Sed vt idè cecinit, τὸ βρὸς τὸ βρὸς πῶρον ἔλεπαι. Ac ne digrediamur longius, non est cur nostra ruina causam queramus alibi quàm in nobismetipsis. Sæpe melioris exèplo, inhumanitas officiiq; neglectus tū erga Deū tum proximū calamitatū omnium causa.

vt eleganter ex O Edipo Col. Soph. verit doctissimo Ratalerius. Sed vt idè cecinit, τὸ βρὸς τὸ βρὸς πῶρον ἔλεπαι. Ac ne digrediamur longius, non est cur nostra ruina causam queramus alibi quàm in nobismetipsis. Sæpe melioris exèplo, inhumanitas officiiq; neglectus tū erga Deū tum proximū calamitatū omnium causa.

vt eleganter ex O Edipo Col. Soph. verit doctissimo Ratalerius. Sed vt idè cecinit, τὸ βρὸς τὸ βρὸς πῶρον ἔλεπαι. Ac ne digrediamur longius, non est cur nostra ruina causam queramus alibi quàm in nobismetipsis. Sæpe melioris exèplo, inhumanitas officiiq; neglectus tū erga Deū tum proximū calamitatū omnium causa.

vt eleganter ex O Edipo Col. Soph. verit doctissimo Ratalerius. Sed vt idè cecinit, τὸ βρὸς τὸ βρὸς πῶρον ἔλεπαι. Ac ne digrediamur longius, non est cur nostra ruina causam queramus alibi quàm in nobismetipsis. Sæpe melioris exèplo, inhumanitas officiiq; neglectus tū erga Deū tum proximū calamitatū omnium causa.

Apologus Menenij Agrippæ de ventre & reliquis partibus vnius corporis. C. Ofule Litiū Dec. 1. lib. 2.

Delapsa

6 5

spiri-

spiritus, corporisq<sup>2</sup> particulas secum in consensum trahens, vt & eleganter Hipp. lib. De locis. Spectatum iam id satis superque in ciuitatibus singulis, quarum fortuna plusquã Troiani excidij miseranda cum per se ipsa loquatur, hodie profectò (vt olim in depingendo Iphigenia sacrificio fecisse Timantem Valerius refert lib. 8. cap. 12.) non tam fortassis orationi aut scripto, quam stupori atque vni prope silentio permittenda est, hys duntaxat in memoriam reuocatis qua 28. Deuteron. per sapientis. Moysen aeterna verbi sapientia in cõmune prädixit: Eo quòd non seruieris domino Deo tuo in gaudio, cordisque lætitiã, propter rerum omnium abundantiam, serues inimico tuo quem Deus immittet, in fame, & siti, & nuditate. is iugum ferreum imponet cervici tuã, donec te conterat; adducet super te gentem de extremis finibus terræ, cuius linguam non intelliges, quæ nec rationem habeat senis, nec misereatur paruulorum, sed deuoret fruges terræ tuæ: ipse erit in caput, tu illi in caudã, &c. quæ longo ordine tum præcedunt, tum consequuntur. Nunquid & nostræ reip. fortuna, ac moribus satis hæc cõsentanea? nunquid Deum oscitare semper, & sui non meminisse dicemus? aut hæc prædicta diuinis oraculis quisquã neget? præterea aut supplex aris imponat honorem?

At hæc aeterna quidem iustitia, quam propter peccata prouocauimus, vindicta quam promeruimus aperta sunt testimonia: vultis & bonitatis suæ siue clementiæ (quã tamen negleximus) præsens argumentum? Quæ pridem Louanienſi ciuitati fortuna contigerit, omnibus palam est: sed protectori nostro quid debeatur, non aequè omnes intelligunt: quare ne crimen ingratitude (quo nullum turpius vel oscitantibus nobis obrepiat) diuinarum laudum neglecta occasione committam, rursum nunc in priora conuertar, vt quæ præcesserint aduentantis tempestatis signa commemorem:

Antiquum oraculum & perpetuò veritas.

Digressio ad fortunã reip. Louanienſis, ac prodigiosam Dei clementiam erga mortales.

morem: iamq<sup>2</sup> ille character viuax, & indelibilis diuina erga nos philostorgia clarius elucescat. Præter diluuiã quãdam, ruinas, hiatus, fulgura, terræmotus, aliæque vel omnia, vel portenta superius enarrata, quorum pars magna tum nostrã huic vrbi, tum locis finitimis peculiariter visa sunt imitari, vnum præ cæteris nunc in mentem venit: quod in puella quapiam nobis vicina, ætatis annorum 14. sedulo est animaduersum. Ea hoc anno 1571. in Ianuario, post inexplicabiles cruciatus ventris, & tormina sub hypochondrio dextro, viuam anguillam cubiti longitudine inter alia excrementa deiecit. Gestarat illum velut factũ per nouem menses, suis inclusum propriis inuolucris, vt ex consequentibus satis apparuit. Nam & mēbranas formæ prodigiosa post excreuit, & liquores diuersissimos quantitatis incredibilis, omne miraculum superantes, imo & lapides, & ligna, & ossa, & pilos omnis generis. Casum hunc vniuersum propter insignem omnium raritatē particulatius explicatum ad calcem operis relegaui, ne nobis aliò prope rantibus sit in mora. Cùm id genus morbi primũ a pluribus spectaretur tum medicis, tum idiotis; alij causam in veneficio posuerunt, alij (quorum pars magna fuit) naturam sese in illo quæminis reconditam, ratione tamen erueri posse sperabant: sed victi symptomatum magnitudine, ac specie nimis infanda, totum quoq<sup>2</sup> in præstigiis reliquerunt. Equidem vbi quæ post acciderant, cum huius historia tam nouis spectaculis comparassem, altius reuoluens singula cum animo meo, videre visus sum mihi pulcherrimum typum eius procella quæ quasi è vestigio nostram nil tale verentem remp. perturbauit. Visum est demũ chasma huic anni 1572. mensis Iunij die 15. hora 11. vesperti, exactè à celi parte quæ sub solarum respicit, huius interior quadã vorago nigrior occurrebat, foris admodum luminosa, secus quam

Affectus plane prodigiosus in puella Louanienſi.

Chasma in celo conspicuum.



quam in prioribus obseruauit, flamma inter radios singulos, ceu leuis armatura milites discurrerant. In ciuitate Aelstensi tantus ventorum, fulminum, grandinis furor increbuit 24 Iunij, vt omnes metuerint mundo supremū diem.

Grando prodigiosa cū ventis atque fulguribus.

Nubes instar tridis.

Quo tempore ferè visa est Louanij clarissima nubes, calo sereno, ab ortu versus Africum exporrecta, miris coloribus intertexta, qua sensim se versus meridiem inclinās, diu instar tridis stetit, paulo post transuersim incidentibus radiis exoluta, humanis oculis sese abripuit. Hæc & hostilis acies sese obseruasse testata est, priusquam nostris mœnibus minacem flammam atque arietes aduouisset. Sed amore paterni soli supra propositos fines, & consuetudinem alius feror, rei gesta historiam admirandam, signūq; iam dictis consentaneam (& qua sit ipsa forsitan respectu futurorū, maioris cuiusdam prodigij loco) hinc ordine narraturus.

Digressio ad historiam obfisionis Louanienfis, in qua prodigiosa clementia Dei erga mortales rebus desperatissimas aperitur. Exempla militaris industriae.

Interea dum dux Albanus mirabili quadam industria rei militaris, nec non infracta castrensis arumna tolerantia multos in ciuitatem Mōtensem cuniculos agit, assiduis tormentorum icubus tonat ac fulgurat, hostiles copias excursu frequentiore ac velitatione comminuit, viamq; reddidit quassatis mœnibus ad impressionem militis planiorē: Lodouicus ex aduerso peruigil & opes omnes, & artes in vnum conuocat, fidas vbiq; excubias locat, ciuium percussos animos mulcet, spe aduentantis à fratre subsidij consolatur, sapes & aggeres intra ciuitatem instar labyrinthi rectos, obliquos atque transuersos non parua ingenij dexteritate concinnat. Princeps Ruremondensi oppida superato, trans Mosam exercitum ducit, iter versus Albani castra instituens. Vt verò Diesthensem ciuitatem, ac Thebas, aliosq; vicinos & pagos & territoria paruo obstaculo peragrauit: à cursu proposito nonnihil reuulsis copiis, potiundi Louanij inauspicata cupiditas cepit: credo per sua-

Maleuolorum hominū inconsulta suggestio.

frone quorundam, quibus fortè in urbem hanc indignatio maior, minus tamen tum animi ciuium explorati, tum rei gerendæ opportunitas fuerit constituta. Dum enim istic lentando vires consecit suas, equitum turma Colonienfis Epiſcepi (qua tum circiter 1400. numero incerti animis, atque insignibus præterlapsi in Hannoniam peruenere) accessu suo desideratissimo ducis Albani copias admodū roborarunt. Iam verò inter tot clades, defectiones atque diuortia ciuitatum, illa etiam ad nos ventantis exercitus numeroſi sparsim se fama diffuderat, aures omnium animosque percellens impetu primo: dum saepe & vires acquirit eundo, ingrediturq; solo, & caput inter nubila cendit, vt poeta verbis vtat. Louanienſis magistratus & vniuersitas, dudum antè de seligendo milite firmandis mœnibus, aduocandōq; presidio foris, & instruendo belli totius apparatu in medium consulebant. Stadioſorum maxima pars impleta rumoribus, se cum nonnullis aliis aliò consercbant: multique consarcinatis omnibus, nil nisi sedes in vrbe vacuas reliquerunt: quippe fortassis ad cytharæ pulsū magis assueti, aut vbi curua choros inuitat tibia Bacchi. Hinc & inter plebeos orta pauperies sensim, velut arido vento cuncta depascens, obmurmuradi, oblatrandiq; occasione maiorem indies excitauit. Nec tamen ea recipiendi presidij difficultas è populo nata tantum valuit, quin prudenti consilio magistratus, & Academia ad comparandum externum militem saepe ac saepius scriberetur. Nam & paulatim mollitis animis vulgi, tranquille in ceteris actū est, atque in locum prætoris domini de Quarèbbè, qui tum captiuus à principe tenebatur, receptus deminus de Dyon; cui se ciues alacriter inuisitandi vinculis obstrinxerunt, ceu fides pro rege, pro patria, pro religione catholica vsque ad extremum spiritum permansuros. Erant selecti prius ex

Famae violentia.

plebs tēpore cecidatur accedente prudentia magistratus.

toto circulo centum & sexaginta milites, vt contra incur-  
 sus subitos excubarent, donec illud praesidium maius aduce  
 pollicitum mitteretur. Id autem quamuis pro temporum  
 statu proque Louaniensium votis agere tunc forsitan potuit  
 comparari, spem tamen haud tenuem expressis nuntiis, li-  
 terisque tum ipse dux illustrissimum aulam proceres dabant,  
 cum adhortatione luculenta, metus inanes non tam ex re  
 quam vulgi fabula natos à se reuerent: nullum periculum  
 ab hostibus impendere, si fides publicè constet, si concordia  
 dextera, iunctisque pectoribus se ad defensionem parent cō-  
 tra rebelles R. M. quos constaret satis exiguo numero, vix  
 vllis ordinibus certis, aut apparatu bellico, solius rapina, in-  
 cutiendique terroris gratia peruagari: quos tandem & so-  
 la frangat inedia, si fera & vectes obiecta firmiter tenean-  
 tur. Praefecti tum reipub. Lou. D. Adrianus de Dyon, D:  
 Consul Score, ac D. Doctor Leoninus, nomine totius urbis  
 & academia rem ita perscriptam in publicum referebat;  
 vnumquemque, aperta oratione ad fidem mutuam, fortemque  
 constantiam hortabantur: vt qua integritate, robore atque  
 industria, pro aris & focus haecenus vigilassent, nunc etiam  
 presentibus inimicis, explorandaque virtutis hac tam pra-  
 clara occasione persisterent: agi supra quam multi existi-  
 ment, non modo de capite optimorum hominum, deque for-  
 tuna bonis, etiam si protinus sese dediderint his qui macta-  
 re & spoliare forsitan, non tueri postmodum queant:  
 verum & antiqua religionis statum in summo discrimine  
 iam versari, cuius nomine vt haecenus incouersam gloriam  
 ciuitas Louaniensis obtinuit, ita nunc laborare imprimis,  
 ne sub praetextu inani & libertatis titulo delapsa turpiter,  
 in Deum iuxta & regem, imò in sua virtutis antiquam dis-  
 consecratam memoriam, fuisse perfida censeatur. Turpius  
 esse partam semel praestitam laudis amittere, quam nul-  
 lam

Admonitio  
pulchra.

Oratio patri-  
netica.

lam haecenus peperisse. Non eam hostilis exercitus magni-  
 tudinem expectandam, quae falsa malevolorum hominum  
 persuasione narretur, se paucos numero, sed fortes & fidos  
 inuicem contra inordinatos impetu posse sufficere: modo sit  
 vna mens omnium, viresque connexae mutuo sibi desse no-  
 luerint. Robur ciuitatis non addè in militaribus dextris  
 quam animorum concordia & promptitudine collocari: quae  
 si plerique parent conuellere, non tam caeteris forsitan quare  
 sibi perfidia poenam, atque exitium reperituros. Quod si  
 necessitas maior impulerit, iam iam externum praesidium  
 vti optauerant praesentibus esse, non alendum impensis ci-  
 uium miserorum, sed liberalitate paucorum, quibus vtrun-  
 que suppeditant nerui tum ad stipendium militare, tum ca-  
 teros sumptus & victum publicum & comestum. Sibi fore  
 rem cordi ne vllis modo extremis periculis temere ciuitatem  
 obijci patiantur, sed & fouedis pauperioribus exacta aequi-  
 litatis ratio teneatur. In agnoscendis meritis, in premiis  
 referendis, suam cuique restare propriam laudem, & facti  
 gratiam ex dimenso publico constitutam. Quod reliquum,  
 orare se & obtestari sedulo, omni murmuratione semota,  
 non bona, non libertatem valde suspectam, non vitam ipsam  
 cogitent sibi praesentem sola honesti fama, praesentem laude  
 ponendam: quod illa fluxa, & lubrica blandis iniitiis in tri-  
 stem exitum ducat; haec sola aeterna, quam reges aut supe-  
 ri tandem stabili felicitate compensent. Assensu populi de-  
 prompta vox magistratus tantum ardor in animis fecit,  
 vt applaudentibus cunctis etiam in vultu alacritas maior,  
 lato praesagio restoresceret. Aiebant ab aula iam saepe, ac sa-  
 pius scriptum in eandem ferè sententiam: sed sorte ob va-  
 rias difficultates nullum interea praesidium mittebatur,  
 etsi vigerent maxime quibus hoc studium indefessum ab  
 initio fuit.

Horat

Principiū ob-  
sidionis Lo-  
uanienfis.

Animorum  
inotus penē  
prodigiōsus.

Auxilis potē-  
tica.

Faulta teme-  
ritas.

*Hora septima, seu paulo post solis exortum diei tertie Sept. visa est primum hostilis acies circa Theuensis portæ suburbia, & infelicitis arboris locum: nec prius creditū fuit, quàm in conspectu omnium apparerent. Omnes tunc signo dato ad campanæ pulsū pauidi passim discurrere, portas & propugnacula fortius communitre; hic videas pontem ægei, impleri fossas, dumeras, vineas, atque vmbrosas arbores obruncari, illic & genus formineum crates vimineos intexendis sapibus preparare, hunc terram aggerere, illum tormenta propius, & pyrobolos admouere. Omnibus suâ constabat cura atque officij ratio, obfirmatis pectoribus, aut hostem auertere, aut speciose occubere morti. Sed quid agat imbellis ciuitas; tam vasta & sinuosa, vt cum vastitate prius, quàm cum hoste depugnet, nisi ad defensionem sit plurimarum rerum comparata proportio? verum inhabitante Deo calefcens animus supra materiem sepe, atque instrumentorum vires attollitur: quod diuina potestas & gloria non in equis & currubus semper, sed & in rebus infirmis angustiis maximè interiore quodam principio resplendescat: Nam quamuis tumulta subito obingentes armatorum cuneos (qui se diductis alis vrimq; latius explicarant) & inopinatam hostis potentiam plurimorum animi iam propè conciderant: cum armis tamen resumpto spiritu, ad conspectum signi militaris, ad buccinæ strepitus ac tympanorum, omnes quod honestum fuerit primum arbitrati, mox ad loricas, & clypeos se nutud cohortantur, multiq; velut furore percitis repente dixisses Ithaliam in Palladem commutatam, eosq; non velut tyrones aut inexercitos, sed verè triarios, auctoratos milites, ceturiones, signiferos, primipilos. Non eò vsque cunctandū plurimi voluerunt, dum colloquendi gratia legatus Principis adit: iam dudū manus ad pugnam pruriunt, & iam excussis bu-*

terue

*terue ingenti machina pulueris tormentarij, rectâ in aduersum aciem impulerunt, aliter salutantes quàm de Louanienfibus concepta fuisset opinio: neq; multum à Principis latere ictum absuisse commemorant. cecidit è signiferis quidam cuius vitam redimi posse vel multis millibus voluisset, et si hunc plerique notauerint ipso conflictus tempore non procul à mœnibus occubasse. Interea tamen magister equitum versus mœnia properabat, quod prima fronte humanius paulo à nobis exigeret, num Principis nomine ad audiendas conditiones pacis, colloqui cuperemus. Hic statim (vt ferè semper ad prima initia) vulgus ignobile concitatum, pro sensus capitūq; discrimine, in alias aliasq; subinde sententias traheretur. Nihil tamen responsi gratia communis deliberatio tulit, quàm quod neminem scirent virorum fortium, qui magnopere ad huius generis colloquium properaret: proinde si sapiat, maturè referat gradū. Interea verò magis magisq; hostiles ordines omni expectatione maiores in apertâ planiciem serbantur. Redijtq; legatus denud proponens eadem, sed paulo seuerius. Relatas res ad senatum: atque ille diu animi pendēs (propè per horas tres) vbi responsum à magistratu præ pinnis mœnium expectasset, agrè ferente id admodū vulgo, nihil aliud quod referret obtinuit, quâ nobis non licere cum eo fœdus icere, cuius machina tam apertè cū Regiæ Maiest. imperio disiderent: orare se vt aliud exercitum ducens obsidione liberet ciuitatem, quæ ipsum Principem nulla ratione offenderit, vt iure se hostem faciat: quàm etsi vi captâ aut deditam forte tenuerit, nec profuturam sibi magnopere sciat, nec futurari commodè quanturuius vel valida manu posse speraret: quin prius euerse funditus in detrimentū regis, ac nominis Christiani, inò in suæ familia labem perpetuam sit concessura. Tentata fuerant ab aduersariis omnes hu-*

Legati priores  
aduensus.

Secundus

Responsum  
ciuitatis Lo-  
uanienfis.

f

mani-

Artes aduer-  
fatorum.

manitatis artes & species, & rursus vltro circoque cursi-  
tantes commissurij Principis nihil obviserant, quod minus  
benigni prius quam nobis insensu, prius ad arma compulsi  
& irritati, quam sponte proclues in populo viderentur. At  
nunc repulsum toties passu, ad minas atrociores tandem cum  
aperta periculi significatione tendebant. Mirum ni magno  
streptu dicta eiusmodi vulgus indomitum, in frangem bel-

Tertius adue-  
sus legati.Prudens con-  
silius magi-  
stratus Loua.

Dialogismus.

Pugnae deli-  
nentio.

luam ac multorum capitum, commouerent. Sed concitatis  
animis occurrit ratio melior procerumque prudentia maior,  
quibus id expedire communi consilio visum est: vt prae extu-  
ropiam simul & tempus, & plebem cicurandam tempo-  
re lucrarentur. Aiebant opus esse securitatis instrumento, si  
colloqui vellent: quod sane actutum è castris redditum fuit,  
& secum deferens magister equitum, noluit quidem optan-  
ti in manum consuli dare, sed praecancellis legit. Tum Co-  
sul ex re nata captans occasionem, Verè inquit hac facum  
olent, adeoque parum efficiunt, quin palam nunc omnes  
vel Principem non adesse intelligant. Tum faciatis ille iam  
se rideri publicitus, iam & illud principi putans, quod eorum  
temporis astute suspensam sententiam distulissent, vultu  
atque oculis inflammatorum frantum torquet: Certè Prin-  
ceps non adest, sed tamen absens atque à limine saluabitur:  
hinc versus moenia oblique contuens, vt se ad conflictum  
parent, (scituri mox quam dulce sit praelium in expertis)  
mimit abundus edicit. Insonuit protinus ere canoro classica  
tuba: vnoque momento velut ab Oceani gurgite se praeceps  
vnda protuluit, clamore horrendo ac nube densissima cur-  
sum ad moenia contorserunt: iudicium (atque id ipsa re postea  
confirmatum est) habuisse copias 7000. equitum, sed vni-  
uersim sedecim millibus ampliores. Admouerunt & gran-  
diores, siue currules machinas muris: quas tamen, (sic in-  
bente Principe) nunquam excusserint: dum ille forsitan (vt

relatum

relatum postea fuit) metu ac trepidatione prius capere,  
quam certo rerum discrimine maluisset. Certum nostrum  
manipuli è ciuibus solis & paruo studioforum numero con-  
globati praemoenibus stabant, maiora quadam tonitrua &  
Martis grandinem in aduersos caueos assidue detorquen-  
tes. Cum vero ab ea parte qua Thebensem respicit ciuita-  
tem, maioris prominentia septa a seorsum militi praepedi-  
rent, depulsi strenuè, ac toto agmine defurcantes ad portam  
Perensem primo, inde ad Esuriensem vsque, à meridie si-  
tam, longè lateque dispersis brachijs ingruerunt: plerisque  
retro virgulta, & iusticas casas tum relictas velut in tuto  
lactantibus, vnde scilicet minoribus, si quem forte è spe-  
cula prospicientem cernerent, ex insidijs impetebant. alij  
per fossas, & tela deorsum, sursumque, per aggerem subeun-  
tes, priusquam se muro propius applicassent, traieci atque  
in praeceps iterum sunt reuoluti. Pugnatum acerrimè ab  
hora post meridiem tertia, ad nonam aut decimam vsque  
post occasum solis. Nostrum continuo nunc tormentis maio-  
ribus, nunc onagris gestatilibus, pincinis, aut clauis ferreis  
assilientem Gasconem audacissimè repulerunt, tanta pro-  
cella glandium, vt ante noctem firati plures quingentis  
animam sub moenibus exhalarent, vt hos praeterca qui  
vulnerati ad necem vrbe paulo post deieci ad xenodochium  
peruenere circiter 200. numero, vt fama publica fereba-  
tur. Princeps signorum multitudinè que in moenibus sta-  
bant, fidamque constantiam, & robur ciuium admiratus,  
longè supra quam expectauerat, externum praesidium vel  
iam adesse, vel imminere suspicabatur. attonitus interim,  
coepitque poenitens, animum huc illuc celeriter diuidebat, (se  
falsa persuasione seductum sentiens: ac nisi dedecus obster-  
ret, aut ex dedecore sinistra existimationis periculum, iam pro-  
cul abscedat, malè rem inchoatam deferens, potius quam

Stratagemas.

f 2

cunus

Aestus magnorum principum.

Periculum adfectionis atque confortij mali.

Stratagemata.

Aestus adnervationum.

cum iactura temporis sui, tantâq; militum strage & ignominia, urbem hanc regi deoq; charissimam aperto exitio tradat. Sed altis pectoribus innata ut plurimum *φύροδοξία*, tarde admodum rationis arbitrio conquiescit: nec illud cogitat semper in vita optimum esse, ut suae se quisque fortunae limitibus circumseribat. Orandus interim Opt. Max. mentem det cunctis principibus bonam, illustratâq; lumine suo procul ab illa funesta ingluvie gnathonica turba & populi factiosâ, ab omni fermento tum propria tum publica calamitatis auertat. cum alioqui magnarum sepe virtutum semina, & fructus indolis generosa deteriorum consuetudine non secus atque à lappis & tribulis, aliarumq; complexu plantarum inutilium strangulentur: quae quanto subeunt alius, tãto & firmitus adhaerescunt, ipsamque nativam speciem plantae insignioris adulterant. Porro phalanges equitum duae tresue partim oberantes circummoenia, partim in aprico turculo consistentes extra civitatem longius locum pugnae oppositum occupant: hinc tantquam è specula prospectura quid intra vallos, & urbis septa geratur: cauturae insuper ne qua internorum eruptio, vel quod potissimum verebatur praesidiij exterioris accessio fiat. Erat in civitatis parte prorsissima versus Austrum, porta quam à proximo pago Heuriensem nuncuparunt, atque ante illius adytum non procul à fluminis valvis pons publicius, quem subito nimis aduentu hostium trepidi ciues, ac semet in varia concitantes, non fuerant demoliti. nam & locum per se tutum satis ex aquarum confinio cogitabant. Cum itaque propius ipsares premeret, conati ad traiectionem fluminis pilas epistomias obfirmare, nescio quid obstaculiprehendunt, quod minus quod vellent, quoque opus maxime fuerit, praestare potuerint. Credibile est foris astu calonis, aut specularij excubitoris industria cautum, ut oppida-

oppidanorum spem relictam in amplificanda fluminis mole succiderent. Mox ergo ut frustra à vrgeri iâ lacus illud sublimis visum est, defectos sensim gregarius miles in partem hanc infimam civitatis, faciunda impressioni opportunissimam, fluit. Hinc illi multo quam dudum maioribus animis flamma materiem per neglectam semitam portae (quae penè lignea est) non cunctanter affigunt. plus decies qui faciem tulere sublato globo tormentario contendant: quam tamen accensam semel succenturiati proximè ulterius promouent, dum extra telorum iactum securi stuppes immitterent, iamq; inter tabulata & commissuras aridas populabundi incendij vi porta penitus conflagraret. Oritur vehemens vrinâq; ad sidera clamor. Animosi tamen nostrae cohortis viri, certo numine ac supra quam rerum status permittere videbatur, nihilo minus in suis statibus persistentes acerrimè velitari, dissectis vallibus confestim effossas seroebes obycere, confectos à sarmis mallicos & murices iaculari: plurimos qui per septa & muros, imò per fumum & flammam, perq; ipsas remas adhuc incendio affluentes irumpere conabantur, nunc deturbant in praecipitium, nunc ense confossos aut impacta glande semiantimes in ipsam flamma voraginem volant, aut ripa viciniorè demergunt. Quendam è nostris vidimus lignarium fabrum, qui scalis ab externa moenium fronte directis ad portae basim vsque transcederit, vbi cadum pice ac sulphure sublitum, ac paratum fomiti, in flumen proximum deturbavit, rursus tamen ad nos ascendens, per multorum iactus & tela saluus euasit. Praeter vnum nostrarum partium cecidit nemo. erat ille Zeladus patria oppido Bronwersbania, Victor Dingemans nomine, ac praecleara indolis adolescens. is confidenter iusto, caput altius exerebat: atque vbi multos tum casos gladio, tum telis & saxis obrutos è medio sustulisset, dextra

Pugnae vigor.

Exempla fortitudinis.

1.

2.

Factum generotium fabri lignarii.

3.

Studioli vexilliferi insignis audacia.

ferrum aut facem, sinistra vexillum gerens, tandem traiecit globo per frontem, atque inter incendia deuolutus expirauit. Iam ignis indomita vis grassari amplius in muros & aedificia cepit: vnde in caelum atra fulgine cum flammis affatim exundante, rem constitutam in extremis funesto praesagio designabat. Multi quibus hic lusus insuetus, iam muros clanculum deserentes, sese in latebras abdunt: alij non differendum ulterius rati, instat acriter tum apud Consules, & Magistratus, tum primores Academia, quod saluti publica, quam penè nullam in armis amplius norunt, pro rerum statu maturè consulant: fortunam vr̄bis nunquam fuisse peiore in loco: portas collabi cum parte murorum: nec solùm aggeribus hostem vndique, verùm & ceruicibus imminere. Discurrere per vicus videas passim: planctu fœmineo, puerorumque resonant vniuersa. Atque (vt in aduersis ferè de Deo maxumè cogitamus) vota & supplicationes facta per idem tempus im ade sacra Augustinensis monasterij, in honorem sacrosancti corporis Christi: nudis pedibus, ardente in lachrymas atque suspiria magno vtriusque sexus hominum comitatu. Interea & legatus denuò a Principe missus portam, quæ Hellespòto patet, Diesthemem versus accelerat, salui conductus adferes munimentum, si fortè pro rerum nunc alio statu, aliò & ipsorum ciuium ex deliberatione sententia verteretur. Tum verò vbi aperto numine rem cõstare, fatig, violentia quadam rapi se vel inuitos ciues optimi cognouerunt, concilio raptim inuito, vt in commune prospiciant, audire condiciones Principis, atque ad ipsum in castra mittere visum fuit. Huic negotio tum difficillimo, tum maxumè formidãdo, cū nemo non se subtrahere maluisset, conceptam tamen ferociam prius, extrema necessitas vicit. Cunctorum precibus studioq, praeficiuntur imprimis clarissimi iurisperiti D.

Elbertus

Expediatio Lo  
uaniensium.

Extrema fa-  
uis anchora.

Redit legatus  
postremo.

Consilij pro  
necessitate re-  
rum tẽpestiua  
mutatio.

Elbertus Leoninus ac D. Ioh. Wamesius: quibus & ciuitatis nomine adiunctus est D. Hieronymus Winganus, cunctis pietate atque prudẽtia notus. Hi sanè inuito genio plurimum oblectantes, atque vt parẽtes patriæ, omni postposito periculi metu (quod illis non paruum duobus cerè nominibus impendebat) iam iam nutantem, iamq, cadentẽ salutem publicam suis humeris exceperunt. Sum nocte in tempesta, in eiq, consiliis flagrantissimos, per media castra viam ad Principem dirigẽtes. Caiaphraetorum duces vbi praetereuntes datis nominibus cognouerunt, oppido lati, atque in spem compositionis erecti, securum transitũ praestiterunt. Credo & fœciale (quem Heraldum nominant) ferè vltro citroq, commeantibus adfuisse. Mox vbi coram sandi copia data est: hic omnium nomine Leoninus sese submittens: Non equidem Princeps illustris, te nobis hac specie, atque animo tali adfuturum ante credidimus. Sed si vlla ratio subest (qua nos penitus latet) cur tibi nostra quòd puniatur promerita ciuitas, vel respub. videatur, in me quaeso, in me vnum tela vertantur: quò vindicandæ iniuriæ vestræ ille alioqui implacabilis ardor restinctus, & expiatus sanguine meo, erga innocios conqueiscat. Sin erga nos omnes quod quondam humanitatis studium fuit, aut quicquam virtutis antiqua superest, quaeso nos metu, ac tempestate hac atrocissima pressos, celerrimè (dum tempus datur) eximi patiaris. Pro rege qua decuit tentata sunt hactenus: vbi nõ licet qua volumus, fatig, compulsi in tuã venimus potestatem, quod superest vnum, supplices orant sacri, prophani, plebs, magistratus, rationem facti clemẽter accipias, vitamq, indulgeas, quam alioqui astricti R. M. & religioni antiqua, contra nefarium militem obfistẽdo penè amisimus. Hanc tamen sic tuæ clementiæ subdimus, nequid deinceps vel contra regem acerbius, vel fidem Deo praestitã

f 4

semel

Dialogismus.  
I.

semel, admittere cōpellamur, parati alioqui prius indecoram gratiam supremo vitæ, ac rerum nostrarum excidia commutare. Princeps ad primam supplicis vocem animo gratulabundo, (ac penè in lachrymas fusus) sed tamen pro status ratione dissimulans, ita respondit, Velle ego clarissimi viri, & fortassis fuerat melius, antè vos ea de re statuisse quam nec mihi proponere inhonestū, nec vobis audire per interpretem meum, contra fas ipsum aut regiam M. arbitrabar. Non hanc mehercule à vestris inurbanam gratiam cogitatione preceperam, vt pro amore ac boni studio quocunctos in libertatem asserere gestiebam, haberetis nunc despicatui palam: dum me defixum hoc loco luditū à summo manè ad vesperam: dum vos interea cunctando vires atterere meas, & in me proprias armare clanculum cogitatis. Eo ferè rem redaxistis vt neque sit promptum quod tantū angustiu matutè consulam absque periculo meo, nec tamen absque animi cruciatu hanc contumacia vestra partam perniciem vobis ante ora sustineam: quod vti in liquide restet, si modo vobis tractabilis res est, malo iniquus mihi crepiss, quàm apud vos durus aut impius estimari. Iabet continuo festinare qui receptui canant, pugnamq; suscipi faciunt, dum incundo fœderi tempus inductio postularint. Hic multa sparsim ac velut maiore cum otio dicta pro incertis relinquuntur. Astabant Principi quibus nō aliud studium fuit quàm irritatum animum amplius instigare, multaque obijcere ab ira & cōtumelia specie nō aliena. Illum plerq; in medium atrulisse, sed multo sedatius ferunt, etiam que ad captandam beneuolentiam facerent, queq; affectionum pugna mirabilis, & magnitudo & cura suggestit. Dolere se supra modum eam de sese opinionem esse conceptam, qui & leges ritusq; patrios velle euertere, & regem sua possessione deijcere, coniecturam

mini-

Alla oratio.

Aduersaria  
partis infi-  
auatio.

minimè sanam ex facto aut religione militum de vniuersorum capite duci. Sibi pugnandi causas legitimas esse, quas pauci intelligant: tempus veritatis filiam plana paulatim omnia præstuturam. Bellum sibi non iam cum rege susceptum, sed contra plerosq; qui regia potestatis atque arbitrii titulum vsurpantes, se bonis omnibus spoliatum, immerentem, inglorium: expulissent: vitam sibi acerbam fore, nisi hanc ignominiam via quamcunque fors dederit, à suo sanguine siue familia repurgarit. nec tamen tam vlciscendi studio quàm iusta officij ratione, victum amore fratris, pietate erga oppressos, aliorumq; impulsu antè pacatum animum in hunc miseriarum gurgitem proiecisse, vnde vix aliàs quàm rebus pessundatis suis, emergi posse speraret. Postremò nihil orare quod arduum foret; nō thesauros oppidi, non ingentes aris acervos, non insurandum inuitis pro recipienda religione noua exigere voluisse: non se passurum vt quicquam in sacra, prophana iniquius committatur: cauturum in singulis pro vniuersa, ciuitatēq; ab oneribus cunctis, à præfidiario milite liberam seruaturū. tantū orare vt sibi promittant, se commeatum liberum permissuros; neque impediante fore quo minus ceptam expeditionem in castra ducis prosequi possit: se ciuitati non insensum, vel inimicam sua, sed amicisurum esse persuadeant. qui tamen si prodesse nolint, saltem quod vel inuitos belli feruina constringit, cursum qualemcunque res suas habere permittant: viam non impediant, quam sua saluti, & publica, & apud regem incunda gratia proximā arbitretur. Multi eiusmodi, & fortasse planius, dicta mirum quopacto in vulgus serpsierint: que tamen plurimi ad credendum tardiores, velut aptas aucupio canilenas, ad crocodili lachrymas appellarunt. Quid enim non anceps & asperum, ceu sub saxo quolibet scorpius, à barbaris illis mi-

Prior prope-  
fitio.

Apistia non  
improbanda.

f 5

litibus

litibus metui potest, qui nec suos verentur duces, saepe nec Deum curare res humanas existimant? quibus etsi fidem erga nos integram seruare Princeps vel maximè voluisset, non tamen imperare cum vellet poterat, vt & ipse ad sui defensionem fatebatur, ac triduo post discessum (cum ob seditionem maius periculum nobis imminuit) vel viuo exemplo cognitum fuit. Ferunt & Leoninum opportunitate iam data, semotis arbitris ex aduersantium turba, recti ipsius speciem genuinam nonnihil in Principis animo refricasse: nam pleraq; sensim & breuiter ad illa dudum prolata detorsit, intrepido pectore & callide satis ostendens non bene sibi constare, quae ad causae integritatem sub recti specie in animum induxisset. Fortasse promptum esse tot ciuitates ad deditiōem cogere: sed deditas retinere difficile, & infiniti periculi plenum. Impetranda gratia apud regiam maiestatem non hanc patere, sed meliorem viam in animi moderatione, ac tolerantia sitam, dum vltro annueret Deus, ac vita calamitosa turbidos dies aliquando benignior sole serenissimo commutaret. Rarè etenim vtriusque fortuna extrema posse consistere: neq; tam ab aliis ledi quempiam atque à semetipso. Postremo non omnes natura leges, atq; pugnandi causas honesti, ac veri boni legibus consentire. Proinde vt victoriam sui longè pulcherrimam esse, sic genus trophaei turpissimum illud, quo salus vnius multorum constaret exitio, victor non tam de bonis suis ac casis hostibus, quam de ruinis publicis, multorum strage promiscua, tot occisorum sanguine, tanto mutationis metu atque periculo in posterum triumpharet. Hac obiter dicta non parum fortasse ponderis habuerunt; at multo amplius habitura, nisi metis interior vis, subinde vel affectu grauiore, vel iniquiore fortuna ceu polypto tacta torpesceret. Cum enim puniendus est orbis, di causam in preceptu habent, inter potentes

Alia in finu-  
trix oratio.

rentes potentè maximè, vt in aggressu rerum maximarum pugnantibus scopis, circa aestimatione potioris nonnihil exorbitent: erroris autem progressus in lubrico positus eò dispellit, vt videant tanquam meliora, probentque; sed vita & fortunatarum mille iam discriminibus implicati; quod cupiant maximè, sequi non sudeant. postremo postquam ἐπει τὰ καλά, à summis scopulis in fluctus saepe desiliant. Dum verò firmandi foederis causa legati partium vtriusq; in domo ciuica diutius occupantur, circa nona temporis vespertini latius flagrante incendio, vt in ades proximas grassaretur, extrema rerum omnium in ciuitate desperatio venit. Nam quamuis antea per praconem Principis resrenator miles pedem paulisper à manibus reuulisset, inflammatio pugna recruduit. stant in procinctu signa coloris purpurei, directuq; currulibus instrumentis, quae circiter 8. aut 9. numero, sed otiosa haecenus asseruarant, nunc illud agere videbantur, vt pertusis muris atque aggeribus, quam celerimè in ciuitatem irrumperent. quo quidè animaduerso ingens cunctorum fremitus, & trepidatio compulsi magistratum, prorsus vt morem gerat, nullaque periphraasi nuper propositis acquiescat. Simul ac ventum rursus in castra, quo ab senatu responsum dicerent sat consentaneum iis quae à Principe sunt optata, ille successus irae, orulsiq; minacibus inardescens pauca reddidit: Non eum se esse quem putarent maximè, qui atru à candido vix discerneret: se nihil de commissariis vrbis posse aliud suspicari, quam technas & fraudulentiā meram. paratos scilicet arte & consilio Leonini, sub hoc praetextu itionis crebra atque colloquij, vim fluminis aceruare, externum militem introducere, 6. insignia peditum, 2. insignia equestris armatura: notam rem omnibus non è fabula vulgi, sed literis interceptis, quas statim ante illorum oculos, atque ora recludi iubet.

Diuinae pro-  
uidentiae filia  
inexplicabile.

Extrema rerum  
desperatio.

Pugna recrud-  
escens.

Durum re-  
sponsum.



inbet. Hic trepidare plurimum, qui partes oppidi tuebantur, conuicti nimis perspicuo signo: cui quod responderent nihil occurrit, quàm de recipiendo praesidio nihil se certius accepisse. quòd si qua cupiant dicere, benignè velit accipere, iam nunc supremo cardine fortunam publicam vertit: ideoq; orare summopere se, nisi omnes ad vnũ perditos malit, dũ de pace tractatur reuelli paulisper ab vrbe hostilem manum, quicq; vicissim prater inceptũ fœdus, admittitur, effrenem militis impetum coerceri. Hoc ne iuberet Princeps, eorum plurimi quos à consiliis habuit vrgebant grauius: quòd porta cũ muris & adificiis euersa funditus parum nunc absit quin actus vltimus, extremumq; negotij peragatur. Verũ placatior Princeps, fratrem suum Henricum vocat: Vade actutum impera quaeso praefecti peditũ receptui canãt, miles à pugna aut irruptione desistat. quòd nisi audierit dicto, vel violentè auerti cura. Suscepit alacer ille prouinciam sibi periculosam, sed quam debere putabat se gratitudinis ergo, & propter indolem suam, ab ea Musarum antiqua consuetudine non alienam. Interea temporis vt optimatum concilio, supremaq; deliberatione conclusum fuit, Commissarij respondebant illis se acquiescere quæ à principe priore colloquio fuit postulata. Sed idem irritatior paulò, atque inflammatũ ab assistentiũ turba, etiã supra-quàm dudum plura, & multo ferocius flagitabat: Debere Louanienses suis quoque inceptis cõserere manum, pro libertate publica sociæ arma gestare contra exactores conscientie (vt ipsi nominãt) contraque apertam tyrannidem ac violentiam. non se latere quã parum absente periculo sint in religione fœderis permansuri, freti nimirũ hoc axiomate, Quod hæreticis non sit seruanda fides; ideoque dandos & obsides locupletes, & huic nodo cautiones ceteras adhibendas quæ militari iure debentur. His dictis turbati

Prædũ atque  
opportuna  
ratio.

Humanitas ex  
Musarũ con-  
suetudine  
maior.

Secunda pro-  
positio, ac  
multo seu-  
rior.

bati merito ciues vnũ id retulerũt, duriora proponi quã pridem facta cõuentio tulit: orare se clementius agat, aut ad Senatus consultum rem referri denno patiatur. Responderet princeps, esse plurimos in illo suorum numero, quibus nisi ea in parte se merigerum prestet, fore vt sibi vicissim non habeat obsequentes. Et quanquam circumfusi duces & milites iam nihil aliud serè quàm minas, & maledicta spirarent, prius quàm edium illud extremum in flammam præcipitẽ excandesceret, iterum cõmunicandi gratia datis obsidibus, intercollocutores partim vtrarumq; vcrsus domum ciuicam relegauit. Legati principis rem in pauca cõferunt, ea quæ postularentur à nuper oblatũ non adedã discipare: non esse illius studium siue propositum, quo religionem Catholicam velit euertere, vel turbare quocunq; modo: quin potius cupiat in statu suo quammaximè retinere. quæ tamen religionis nomine dixit, non spectare aliud quã ad internam animi libertatem, quã nolint tormentis vllis, aut suppliciis agitari: reliqua verò his cõsentanea velite quæ primo colloquio atque in Percensi cœnebio flagitauerat. Adiungebant insuper ad saturandam rabiem militũ, numerandam ilicet summam 10000. florenorum, si se saluos in posterum, alijsq; oneribus expeditos esse valuerint. Durum istuc & asperum in aures miserorum ciuium personabat, quorum omnes in vnicam massam conflata copia forsã sufficere non potuissent. Sed quò non mortis imago præsens, rerumq; extrema necessitas ducit? Pacta sub hypotthesi pax est, nequid nimirum supra quàm hæctenus fati violentia tulit, vel in Catholicam religionem vel regiam maiestatem iniquius facere compellantur. Ita Principem se pro amico recepturos, commeatum liberũ permissuros, non facturos hostilia, non auersuros in alterius fidẽ quantum in se positũ sciant, modo nec sui sint offendiculo palã,

neque

Tertia postre-  
maque pro-  
positio ab ad-  
uersariis fa-  
cta.

Formula de-  
dicationis Lo-  
uanienfis.

neque vel vi aperta, vel fraude quippiam in reipublica perniciem molitur. Cū offerēdo, licitandōq; diuinus 50000. flor. summa postularetur: ventum ad 16000. quae tamen summo labore, ac difficultate propter exhausti iam dudum ararij inueteratam inopiam viritim colligi debuerunt. Iratus oppidū miles agrē hunc bolum sibi e faucibus eripi patiebatur. instabat horrendum rugiens. sibi promissa reposcens, se frustrari dicitans, se pro periculis & laboribus exantlatis ad laeniam duci, & famē morte crudeliorem: quae iam victori sane sumtum exitium, victis non ingratiū spēctaculum sit praeitura. Vix vllis precibus, minūq; praesentibus ab vrbe direptione diuertere poterat, ni principis frater accedens propius cataphractum equitem immissurum illico nimitaretur. Tum verō ingenti fremitu, dextrūq; minacibus orta propemodum seditione, in ipsosmet duces facturi impetum videbantur, nisi mox oculatior dies maturē collectam pecuniam in famelicorum ora hiantiora Cerberi faucibus obiecisset.

Vix dum primo Solis exortu pauor impressus cum tenebricosa nocte reliquerat: stabant omnes adhuc ancipites metu, hoc sperantes interim, vt iuxta contracti foederis formam, assultores nostri denumerata pecunia praeferrent, nec pedē semel, vti promissum fuerat, intra moenia seruet. Ecce vnā cum equitibus illis quos parando comaeatui destinabant, ex improviso tanta irruptio facta est, vt nemo non urbem proditam, certoq; deuotam exitio suspicaretur. Mibi sanē non multo inferior visus est hic character praesentis Dei ad tutelam ciuitatis, quā sanctis olim exhibitus fuit vel in fornace candenti, vel rugientium belluarū medio consistatis. Nefas omnino ducerem si tam prodigiosam summi patris clementiam data occasione nō predicarem, non ab aeterni silentij caeca caligine, non à maleuolentiorum

Seditio militaris.

Diuinae benignitatis in summo rerū discrimine character expressus.

horum mendaciis, & fabulis vanis (quae sensum solent irrepere) sarta tecta, & pro meo hoc qualicumque ingenio vindicarem. Ibant ingressi quod fors fortuna, ac necessariarum rerum inopia ferret, rursumq; digressi neminē (quod scio) grauius offenderunt: quin plerōsq; comiter saluantes, id vnum verbis sanē perspicuis explicarunt, qualis sibi nunc animus, qualis fuisset pridie, quantumque in angusto salus omnium, ac vita pependerit: ipsos se sibi miraculo esse, qui tanquam perculsi fulgure, aut fascino vincti à semel obiecta praeda reuelli subito, inflammatamque dextram temperare potuerint. Atqui vt eō veniam quod me penitus diuinarum rerum consyderatio, ceu cursus totius remus, impellit: vt cunq; seruata ciuitas clarissimorum virorū meritis, ac prouidentiae plurimum debet, vtque sapienter pro necessitate rerum se gesserint omnes. Iter inter sacrum tamen & saxum, imo in acie non acie collocatis, quidnam esse dicas, quod illo tam euidente discrimine, ceu amenissimum bolum ex tigris ac leonum virgibus eripuerit? Num virtus bellica? num illa murorum & aggerum fortitudo? num procerum prudentia? num benignitas Principis? Multa quidem vt causas medijs conspirasse non nego: sed erat his omnibus quiddam prius & diuinius multo, quod ita rem omnem extremo nutanter: cardine stabiliret: vt pugnatum sit vsque dum fides in regem, & religionem patriam aperire constiterit: cessatum prius quam non de paucis capitibus tantum, sed & totius inferioris Germania, bonarum artium, sacrorum ordinum flore, & thesauro irreparabili actum foret. Respexit ille qui cuncta perspicit, commune votum, studiumque flagrantissimum populi boni, (cuius pars maxima est) tum & facinus audax & memorandum, ne dicam temerarium, (si vires hostium comparētur) sed ex propensione acerrima nauis erga fidem

Catho-

Deorum malorum eligendum quod minus est nialum.

Catholicam, & regiam maiestate. Nam quicquid in aliis non ita successerat, vt iure quig optimi maluissent, necessitatis illud acerbe, non liberioris arbitrij sunt. Potest qui velit in singulis bene gesta deprimere, & peccata leuiscule aranearum instar exugere, dum huius farina plurimi potestatis oppressi & libera nullam discrimen faciunt, nullum quoque permissionis atque consensus, nullam denique causam cur maioris in visandi gratia, ad leniora conueniant. Humanitus accidit vt fere mortaliu plures perfectionis ideam quam semel in animo fabricarint, ab aliis exigant passim, vix tamen in suis met rebus vsquamprehendant. Sed omnium iudex optimus est *καρδιορροεσνε* Deos. Ego non istac tam defendendi studio (in quo minimus possim) sed vt lasciuientis inuidia morsus vel pauillulum refranem: quod Deo ac patria me debere intelligo. quibus quod tanti prodigij summam angusto ambitu continerem, annum, mensem ac diem ludens aliquando his verbis illigauit.

Vt sit Chara deo pletas LaVs  
CLara LoVanII,  
TertIa septeMbrI CondoCet  
orta dies.

Vel si breuius placet:

Cepha sa Cra rat Is fLVCI V  
ConCVssa trIVMphar.

Quod tamen ad vniuersam anni istius tempestatem melius quadrat. Veru vt venapaulo liberior fluat nullis astricta locorum ac temporum notis, ista quoque licet incocta & rudia, tamen quodd figurate ac breuiter multa contineant, his annumeranda putauimus.

LOQVI-

LOQVITVR LOVANIVM.

Par cesti ratio, mulier quo iuncta marito est,

Quo iuncta vrbs, populus, regibus atq; Deo;

Sed si sceminei species discrimina vultus,

Fædifico totidem sunt in amore modi.

Est que se cupiat vinci, luctataq; paulum

Obuia lasciuo dat sua colla proco.

Alter a se facilem ostendit venientibus vltro,

Spretaq; non animo at corpore virgo manet.

Tertia quam recti non tangit cura pudoris,

Corpus rem, mentem prostituisse iuuat.

Sunt quibus inuitis florem violentia carpsit,

Interior superest virginitatis honos.

Rara eadem & felix, qua postquam restitit apte;

Fugit adultrices inuiolata manus.

Victa ego victorem vici, seruatq; seruo

Integram regi nupta, Deoq; fidem.

Casus nouitate attonitus Sol ad meridiem properabat:

cum nunc feruenti per vicos multitudine militum exter-

norum, diuersa suspicio male securos animos vulgi, & opti-

matum in status parum tranquilla specie retineret. Prin-

ceps confestim ab vniuersis aetorum formulam poscit: qua

vt agere tradidit, ita tamen contraxit ciuitas, vt iuxta te-

norem scripti pecunia data velut obsidis loco, etiam a du-

rrioribus multis, urgente fortuna, in posteru liberaret. Qua

quidam delineatio paru arrisit Principi, quin mutare in plu-

ribus maluisset, ni reru suaru status, atq; necessitas aliora

ptans magnam fortune praesidium in celeritate dictaasset.

Dat tamen & manus sua paragrappum, cu edicto ad se-

curitatem ciuium & sacerdotum, fimperat crucem erigi: si

quis vel damni quippiam, vel dedecoris intulisset. Vix ad-

duci poterat exire a nationes rem gesta vt crederent modo

quem

In sperata castrophe.

quem fama diffudit, aded pusillum census, atque pecuniâ tanto labore confectum: neglectas machinas belli: relictam prædæ occasionem longè pulcherrimam: tum fœderis formam nullo præfidiario milite, aut iurifurâdi religione firmatâ: ceteraq; ab omni furore, & insolentia victoris exercitus, à Louanienfium specie; atque vsu circa res bellicas peregrina.

Fortuna oppidi Bruxel-  
lenfis.

Sic igitur Princeps relicto Louanio totam congeriem versus Bruxellas rapit, tanquam & illas aggredi statuisset. Magno terrore atque tumultu ciuium ad arma præcurritur: Portis & mœnibus opera Illustris, ducis Arscotensis, præfidiôq; tum Germanorum, tum Hispanorû militum ritè prospectû fuit. Sed illuc dum properat Princeps, ecce nunc aliò sinister nuntius vocat, vt auditus bombis, atque crepitibus tormentorum, que circa Montensem ciuitatem dies noctesque continuas horrendo murmurè personabant, media via deslexerit iter rectâ Niuellas dirigēs, dum & illis deditis ad castra peruenerit, aperto iam Marte cum hostibus certaturus.

Noua tempestas reipub. Louanienfis ex priorè progerminans.

Vix pedem à mœnibus nostris dimouerat Princeps, nouus repente tumultus populum ac verè panicus terror inuasit, quem tamen multis non obscuris admodum notis, animorumq; præfagiis dudum antè metuimus. Nam die 9. Sept. vesperi, cum inter latices laxati paululum, ac velut à sæuo turbine respirantes ad discutiendâ tædia, mulcèdosq; à grotos animos verteremur, auditus iterum raucus ille capana & tragicus pulsus, authore incerto, varia suspitione vulgus ad arma conciuit: alij receptis hasta & clypeo agminatim ad mœnia confluunt, & portas obsident: alij se obserunt domi, cœcisq; recessibus absconduntur: multi ad forum magno clamore delati consulem petunt, & magistratum, sese cum ciuitate proditos clamant, cui, aut per quos,

quos, incertum esse, scrutandas ades, perfringenda claustratum repagibus, si quid insidiarum sit vsquam, in lucem è latebris eruedum. Erant (vt verbo dicam) hæc inquietis plerisque ingenij substructa molimina, dum propter dissensus tam multiplices animorum alter alterum vanis rumoribus ageret. Sed diuino rursus beneficio, atq; oppido singulari vitâ huc vsque, & salua cetera retinemus: Etenim ille decorum Dominus, vt semel iam dextram sua benignitatis aperuit, eadem amplius illustrare non cessat, quo vsq; penitus constet res humanas tum maximè, cū afflictae sunt maximè, ipsius nutu ac prouidètia dispensari, omnesq; aduersariorum non modò vires & copias, sed & astutiâ summam, dolos, consilia, eiusdem præsidio superari. Nec tamen hisce exemplis in nostram editis ciuitatem; celestis aspirationis impetûs conquieuit. Super sunt alia, de quibus non constat an maiori in motu, an periculo versati simus. Deû fuisse erga nos clementissimum; ipsi hostes, ac bono ciuitatis insensu vel inuitis pectoribus confitentur. Reuertor ad comitè Lodoicum, qui tum fortè fatigatior (vt fama tulit) in febrem incidit diurnam, non absque suspitione veneni clanculum dati. Postquam infelicis auspicij successum non vti sperarat equabilem animaduertit, quod tunc possit euadere cogitare incipit, adhortantibus eò potissimû Galis, quorû præsidio nitebatur. Accessit aliud maius, quod postquam ardor ille ingenij paululum refrixerat, vniuersum quoque consilium ruit, ac ciuium spes concisa resistendi industriam labefecit. Nam Princeps vbi cum toto apparatu legiones equitum, peditumq; celerrimo gradu, vsque ad iuga Harmonia concitasset, castris regis adsuit planè ex improviso, prius ante hostium oculos astans, quam certus in aures nuntius peruenisset: parum absuit quin trepidantibus cunctis atque oppressis, de hoste insigniter triumpharit.

Vani tumoris  
corollarium.

Diuinæ benignitatis character immensus.

Fortuna cum ingenio pugnas, eiusque casus in felix multos in exitu voluens.

Sed illi quos per obsidionem Louaniensem occupato Principe diximus praterlapsos Colonienses equites, vnaq; & cohortis pratoria milites, obsistere quo minus prompta impressio fieret. virimque collatis signis pugnatū est acriter, cataphracti milites alacri cursu vsque in castrorum septa perruperant, sed & hinc inde cadentibus multis, peditatus principis mira ignauia subsiuit, nec vlla deinceps ratione compelli potuit vt pugnam inceptam continuatus ordinibus instaurarent. Marcebant omnes inedia, defectuq; cōmeatus, quem à tergo non ita commodè vel absque periculo summis poterant comparare. Sic primā fronte felices aditus etiam Marte, Mercurio, Venere conspirantibus, ipsa demum insensa Iuno, vel (vt clarius dicam) fati superioris potentia, sepius intercludit. Praclaro mox stratagemate Hispani milites per noctem latus alterum hostilis exercitus inuaserunt: captata scilicet tessera, ac vestibus laneū in lineas commutatis, quo se dignosceret, ad stationem tertiam vsque peruadūt, vnde interfectis pluribus praclarum astutia militaris specimen atque audacia monumentū posteris reliquerūt. Tadebat Principē fortuna suae supra quā dici posset, bellum sibi non tantū cum aduersariis, sed & cum suis quoque intelligens, quorum nonnullos sibi fidissimos facie, nunc hostes occultos pectore & ad prodicionem accliuēs, vsus tempore comperibat. Vnde mutato consilio, tanquam aliud agens, pedem celerrimè refert, p̄gq; Niuellas denudò versus Bruxellas itinere factō (ceu nunc aduritur serid) vniuersum exercitum rapit: interim cuncta prateriens quae apparatus bellicum redolerēt, ductu continuo se Mechliniam confert, vbi non diu morantem vna ferè sollicitudo exercuit, vt proditorū manus (multos enim subornatos pretio sensit) tuto, ac celeriter possit effugere. Neque (vt arbitror) vnquam (& si dissimularit sedulo)

maiori

Franciscus ter-  
sor.Consiliū mē-  
tis diuine pro-  
uidentia defi-  
tutū celerri-  
mè ruit.

maiori in metu atque periculo fuit, auxit perplexa mentis vertiginem nuntius repentinus, Montensem ciuitatem se M. regia certis conditionibus reddidisse. comes Lodowicus liber ex pacto, sed propè semianimis, amplissimo comitatu, & felicitate mirabili per media castra ad Mosam, vsque traductus euadit. Galli milites cum se iam euasisse putauerant, prius quam oras extremas Francia superassent, à Guisiani illic opperientibus ad internecionem vsque delentur. Tum verò attonitus Princeps, tanquam astrictus fortuna scopulis, iam calum vndique, & vndique pontum cōspiciens, quid agat incertus fluctuat; mox & quorundam fraude detecta Mechliniensi se ciuitate subducit, etiam per densissimas imbres fugam adornans, ac iam vndique sibi exitium metuens, qua potest calliditate reductos ad Mosam milites longum valere iubet, inq; Hollandiam sese vt portum recipit tutiorem. Comes Holstannus, qui tum perruperat in subsidium ducis Albani, antiqua fide in R. M. Buscoducensem ciuitatem, tractusq; finitimos multorum equitum manu ac peditum tuebatur. Interea tamen diuersarum partium per totam Campiniam grassabunda quadā colluies nata, quae velut gurgēs è fluminibus multis hinc inde profusa, rapinis & spoliis obuia quaeq; vastabat. Aegre tunc admodum Troies à Rutilis, amicos ab hostibus vel lyncis oculo discreuisses. videre videor nunc illum Aesopicum senem cui dudum colore duplici interstincta caesaries tota conuellitur, hinc nigros vixore vetula, illinc & canos diripiente iuuenula, dum singula sibi conformem facere student. Dux Albanus interea Mōtensi ciuitate positus, hoc anno supra millesimum & quingentesimum secundo & septuagesimo, mensis Septembris die 21. milenos aliquot in praesidium ponit, multa dissimulans dum puniendi tempus pro rerum suarum statu opportunius videatur.

Rarū fortu-  
natae temeri-  
tatis exēplū.Miserāda in-  
felicitas Bel-  
gicae terrae.

videatur. Mox cum agmine toto, atque tormentis bellicis, via qua Princeps venerat, versus Mechliniam fertur: qua consternata & amens, aliis in turpem fugam sese vertentibus, aliis nequicquam ad obsistendum paratis, ad prima ferè obsidionis præludia penitus obstupescit. Data in directionem ciuitas 1. Octobris anni 1572. eius dici & calamitatis memoriam facillè retinebit. Quæ verò per dies, noctesq; tres integras, vbi cuncta effreni licentiæ ac libidini patent, inter tot millia fiât, quisque suo cum animo facillè cogitarit. Equidem quod vel præcipuum est, intra aula & peripetasmata sinam, fortasse non extra scenam ante supremum illum iusti iudicij diem proditura, etsi quorundam nobilium patrocipio multi tum viri boni tum femina casta & virgines à furore & violentia vitam superstitem sibi cum pudicitia gratulentur. Velim nunc altius repetant ciues Mechlinienses; annum hunc numerari exactè septimū ac vigesimum (de cuius numeri dignitate, quòd cubicus sit, quòd climactericus, quòd exactas periodos Luna magnarūq; coniunctionum in se contineat; plura in Isagogicis scripsi) ab illo 1546. quo Deus primū admonuit clade grauissima, atque igni caelesti in turrim altissimam ingruente, refertā cadis plus minus septingentis pulueris tormentarij, profesto diui Laurentij. tum enim & ipse intereram, M. Bernhardo rectori iuuentutis Mechliniane fortè cohabitans, vt eius singulari doctrina atq; industria cum ceteris erudirer: memini tunc cali faciem continuato fulgure scintillas igneas, fossas, ac rimas horribiles velut è candenti fornace vsque in noctem mediam protulisse: quariebantur ades inaudita tonitruui vi, porta dissilitis tanta fuit eruptio, vt stragem latissimam dederit, distictis edificiis pluribus 300. oppressis hominibus supra 500. Quam verò prodigiosa cetera, cuiusmodi monstra & vlu-

latu,

latu, qui plausus atque præstigia demonum, quātus vbiq; gemitus, horror, calamitas, quām vulneratorū species miseranda, quām adificiorum fœda euersio, terrarum, arborum, paludū, animalium, de loco in locum absurda translatio, viderunt vndiq; vel à 40. miliarum spatio consuetes, nec vlla deinceps posteritatis memoria conticescet. Nunc tantum repeto voluens atque reuoluens cum animo meo quòd illic presentis tragediæ facies mihi sit visa velut antiquo oraculo, seu propter ignis analogiam iusta similitudine præsniri. At ingens hic inter signum & rem signatam præcessit temporis interuallum, argumento sanè perspicuo diuina benignitatis ac patientiæ, quanquam quo diutius differt, eo & neglecti numinis pœna atrocior nobis incumbat. Ea verò est sapientiæ vox ad moderationem fortune vtriusque imprimis efficax, Dominus exaltat vt deiciat, deicit rursus vt exaltetur. Atqui vt in humano corpore fluxus fluxum prouocat, inflammationis ardor ardore succeditur, neque prius malorum circuli cessant, quàm vnà cum proximis & procat arctica causa funditus excindantur; sic & in ceteris rebus tum publicis tum priuatis accidit, vt altera calamitas alteri ferè succedat, minori sapius maior, ac in priore interdū posterior velut in figura species, aut vultus in speculo designetur: idq; propterea, quòd ferè omnes statim à labore ad libidinem procliuēs simus, quòd sortem presentē non æquo animo perferamus, quòd Deum in ipsis angustiis nō viri deceat glorificemus, quòd nudos illic euentus rerum, non præteritas rationes, non futurorum minas, maiorisque flagri prodigia contempler, quòd & ruina publica causam nihil ad nos spectare credamus, ac nemo (vt verbis Satyrici loquar) in sese tentet descendere, nemo, sed præcedenti spectetur mantica tergo. At quam tempora præ vt olim, cū Niniuitis excidium munita vox vna

Auspicij temerarij exitus infelicitissimus, atq; exemplum maximè memorandum.

Numeri 27. amplissima dignitas.

Cladis Mechlinien. ab igne caelesti quondā in scitaplenius exaratur.

Præfens calamitas in priore depicta.

Digressio.

vatus diuini, conuersos animos ad poenitentiam excitari? nunc verò si vel pistulo subigas, vel mola dentibus conteramur, viden vt amplius intumescimus, inflamurq; penitus, dum distrumpi fastus, & cupiditatis insolentia cogat? Aeternum verò hinc sibi nomen Antwerpia peperit, quæ nudos & inopēs fame, plagis, metu ac marore confectos, omni subsidio opum suarū ac liberalitatis dexterā subleuauit. At qui hæc sunt verè quæ numinis iram placare vel maximè possint, quæquæ lustrare fortunam publicam & priuatam ab insausis dæmonis consueuerunt. Maturè consultum apud nos fuit, ducis accensi, ac stomachantis iram implacabilem omni studio premollire, priusquam totus exercitus sese Lothuanium referens, nostro periculo quod famis indomitæ reliquum fuit, explerent. Vt enim tum fortè persuasum fuit longè aliter quam res erat, idem de nobis quoque statutū plurimi suspicabantur. vt etiam in vultu, & labiis hominum, ea magnitudo periculi versaretur quam in vicinis recenti adhuc horrore conspexerant. Quamquã verò mulieris interdum palponibus, parasitis, recta consilia principum peruertantur, disceptaq; res publica vel propriorum viscerum horrenda ingluuie contabescant: hoc tamen locò (vt in aliis multis) seipsum non modò vicit dux illustriss. (sic rogente Deo) veram & suggestionis insausa studia (quæ quibus profecti superi norunt) infracto robore superauit. Inuenti sunt alij vel inter principes viros qui sese fortiter malis quibusdam impulsoribus obiecerunt, nunc prece, nunc monitis acrioribus plana singula apud ducis excellentiam facientes. Præcipuè verò acceptum retulit tunc salutem suam ciuitas vniuersa illustrissimo & sapientissimo duci D. de Medina celi, qui post quã satis iniquioribus, nõ tã sibi quàm regis animo morem gerens, in hæc terras caussa suscipienda prouincia peruenisset, magnis periculis principis

Pietatis exemplum aeterna posteritate dignissimum.

Tertia reprobatio ciuitatis Louanienfis.

Sui victoria præstâtissima.

Exempla prudentia atque humanitatis insignia.

capio mensis Iunij circa ingressum ad litus Flandria superatis, adeoq; afflictam & immutatam rempub. videns, ingemuit supra modum: deinde totum se quieti tradidit, vix aliò spectans quàm vt affectiones immodicas, ac periculosæ licentia cursum modo quo poterat, ad iustam æquabilitatē reuocaret. Verū exulceratissimo saculo, etsi sortis in ceteris nõ tantū illius virtus, atque auctoritas potuit, quantum & voluisset, ac maximè merebatur; nobis tamen hoc præstitit, vt iam tertio salui, seruatiq; prodigiosam erga nos Dei clementiam predicemus. Neque vnus hic tantum nobis orator diuinitus venit. Illustriss. dux Arctotani D. Philippi de Croy studium indefessum erga publicam pacē, amorem erga vniuersitatem nostram, & ciues verè paternum ac singularem nemo ignorat: prudentiã verò & moderationem animi tempestiuam à turpi disidio, ambitione semotam, atq; hoc Græco symbolo ἀνέχου καὶ ἀπέχεου optimè comprehensam, velut in Romanorum consule primo, qui non colat vnicè, extollat, admiretur? Equidem viris principibus adulari turpe apud philosophos puto; sed beneficium non agnoscere, vbi locus postulat, acceptaq; salutis auctores nõ apud posteros predicare, barbarū planè atque impiū iudicauit. Paulo ante hæc tempora regi se dederunt & alia ciuitates, quas pridè ex improviso hostilis astutia circumuenit, vt Aldenardū, Denremonda. Quæ particulatim obtingerint singulis, ne multa quidem volumina comprehendant. Nunc & illud in medium proferatur, quod quamuis anni exacta periodo antè contigerit, iam nunc venturi temporis miserandã faciè abundè locis Septentrionalibus præmonstrauit. Profesto sanctorum omnium anno 1571. in ditione Embdēsij (quæ Den Dam vocatur) Frisus Oriētalibus nocte sanguinem pluuit, copia tanta, vt ad 5. vel 6. miliarium spatium herba, & vestes expositæ in apricum, ex

Sanguinis pluuia prodigiosa.

albo colore penitus in purpureum sunt mutata: multi ad ream memoriam plenos cyathos asseruarint: frustra quibusdam illud ad eadem boum, aliasq; causas physicas referre volentibus.

Porro dux Albanus iam nobis mollior, vultu tamen ad iram satis copposito, tacitus prateriuit: nihilq; prater ea statuens certi, vniuersas copias versus Leodium mouet: hinc secundo flumine per ciuitate Ruremondensem hostili praesidio tunc desertam, circa Octobris initia, vsque in Geldria properat: vbi primo Zutphaniam, nuper a profugis atq; exulibus captam, obsideri: tum gelu acerrimo constructis paludibus, ac totius fluminis cursu, post duos tresue assultus urbem expugnat, Nouembri die 16. Seuitur in obuios primum, inq; promiscuam turbam: mox etiam proditiōnis capita diris supplicis auferuntur: credo in exemplum atq; horrorem suū in regione, quam tamen ad rebellandum vltterius incertum an pertinacia magis induxerit, an fortuna prioris violenta obsidio, an demique desperationi iuncta dissidentia, quam exemplorum forsitan non aqua estimatione conceperant. Tantū verò per Transyellaniam totam hac alieni periculi contemplatio fecit, vt mox Bergesi comite, qui plurimas ciuitates ad deditiōem ante compulerat, nunc fugitante celerius quam pedes ferrent, clauis obtulerint vltro Campensis, Suollensis ciuitas, Amorsfortium, circa 20. Nouemb. diem: quaq; deinceps per omnem Geldriam ad ditionem vsque vltraiectinam sita regio, velut momento temporis restituta regis vnus, ac ducis misericordiam imploravit. Atqui cum illis quidem benigniter actum. Interea tamen in vrbe Montensi plures è ciuibus capti, prater quam expectarēt capitale supplicium luunt: callidiores, alij aliorumq; vestigia contemplati, à tristia perpetuam induerunt, ac se, cum vxoribus, liberis, clanculum subdu-

Tempestas  
reip. in Gel-  
driam atque  
Hollandiam  
eota decum-  
bens.

Ruina reipub-  
licæ misere-  
tanda.

Desperatio.

subducentes, lautam & liberalem vitam nunc summa inopia, exilijs sorte miserrima commutarūt. Nec minor Mechliniensis incesit timor, causa sententia nondum omnibus constituta. complentur profugis & syluæ, & pagi, & oppida: nec tamen tot gladij aut laquei rigor interimit, quot hyemis summa asperitas, terror, luctus, fames è medio sustulerunt. Innumeri indies atque in horas fortunis omnibus desperatis, tam à rege paulatim, tum ab antiqua fide, & religione deficiunt. Accessit annonæ caritas & rerum omnium tanta, vt vel egentibus quantum cuperet quisque subuenire non posset. Dum enim militi ferè que libeat licet, vastata prædicia, calcatos agros nudus arator pannis, & plagis obstitus deserebat, abductiq; iumentis, saepe & pecuniis, & stina cum tota suppellectile, ne quidem conualescendi rursus initia potuit retinere. Interea ducis exercitū magnum consfluxus vndique Gallorum, Germanorumq; corroborat, multis è non tam pugnandi desiderio forsitan, quā prædandi spoliantiq; libidine concitatis: ne semel cogitantibus quidem, vt malè parta pestimè dilabantur, quemadmodum quotidiana obseruatio docet. Quot enim esse putes quos equus ille Seianus vehit, aurum Tolosanum à tergo incumbit, Diomedis aues à fronte præcedunt? Illud verò æternis præconis dignū, quod iussu ducis Albani Christophorus Mondraconius Hispanus nobilis, Gallorum militum dux, pro Gustiana ciuitate sita in locis Zelandia gessit 13. Kal. Nouembri anni 1572. cum ad ferendum subsidium, maris incommoda viam nauigijs præpedirent, ipse cū Gallicis militibus 1300. Germanis 300. Hispanis 100. censum tractum, & venis stagnantibus importunum, pedestri itinere superauit. sacculis tormentarij pulueris, quem ferrent humeris, in capita distributis. Ea verò supra vires humanas audacter incepti felicitas fuit, vt diuino annuente bene-

Calamitatum  
cursus in in-  
finitum ex  
vno fonte  
scaturient.

Dura satis  
hæc rerū com-  
memoratio,  
sed necessaria,  
si diuina sa-  
pientiæ & bo-  
nitatis ma-  
gnitudinē ex  
phanomeno  
præsentis sæ-  
culi expendere  
voluerim.

præclarum  
facinus.



beneficio pariter & hostes plures 700. opprēserit, ac ciuitatem obsidione grauissima liberarit. Iam tota ferē Hollādia in uenia spem erecta ad deditōē illico, à capta Zuytphania propendebat: cūm Nardense oppidulum non procul à mari situm, adhuc rebellis turbā praesidia teneretur, ut neque statim pro arbitrio D. Frederici (cui tunc rei bellica summam commiserat parens) se dare in manus potuerit, quem admodum ciues optimi voluissent. sed mox ab actis hostibus cūm aduentanti militum turmā portas & propugnacula serius reserassent, per muros facta irruptio fatali cuidam exitio, & maximè miserando fontes pariter atque insontes obiecit. Direptis omnibus penē, quod urbis reliquum est incendio consumpserunt: vnus euadit vir lāgè doctiss. Lambertus Hortensius, quem tuetur strenuus comes D. de Bossu, vel eo imprimis nomine immortalitatis praemio decoratus. Vix aliās tāro cū horrore & gemitu fama facti locis sinitimis in aures hominū permanauit. Qui pridem inflecti cōperant, aucta diffidētia, obduratisque pectoribus, ad resistendum pertinacius inflammantur. Hinc velut ab aestu maximo regum & populorum, cuncta qua ad quietem summam, letamq; concordiam properarant, in multis sic tergiuersari denud, sic defluere sensim, ut longa, deinceps temporis cursu, vix vlla liquidioris fortunae prosperitas aspirarit, quin verimque aut clade multiplici fuerit, aut insiniorum hominum sanguine fermentata.

Non aliter quā si aduerso quis flumine limbum

Remigius subigat, cūm brachia fortē remisit,

Mox illum in praecipis prono rapit alueus amni.

Restant deinceps bellorum turbines tanti, tot caedes & funera, captiuitates, direptiones, torturae, cruces, ut mihi haec repetenti calamū horror excutiat. mirum ni princeps ille demoniorū, cuius superius facta est mētio, nūc summa phlogos

Dira infelicias oppidi Nardensis.

Desperatio vide quid facit.

phlogosi terras exagitans secum nocturnos cieat manes: mugire videbis sub pedibus terram, & descendere montibus ornos, sistere aquā fluuuiis, & vertere sidera retrō. Puto me nunc audire matronam Belgicam passū crinibus, tonsore pectore, sublatū in calum oculis manibusq; inter singulos, interq; suspiria crebra, sub persona Hecubae ac poëta tragici verbis ita plorantem,

Quicumque regno fidit, & magna potens  
Domine atur aula, nec leues metuit deos,  
Animumq; rebus credulum letis dedit,  
Me videat, & te Troia: non vnquam tulit  
Documenta fors maiora, quā fragili loco  
Starent superbi, columen euersum occidit  
Pollentis Europa, &c.

At ne regis aeterni sponsam longē pulcherrimam, nunc lutulentā, lacerā, tot plagis, atq; procellis obrutā, ut a vertice ad plantam pedis vix sit sanitas, ab ipso tamen desertā penitus, nulloq; firmatam nouo amoris pignore cogitemus, tolle in calum oculos; mirāda sunt, & supra quā aestimari possunt gloriosa opera Dei, qua mediis hisce in tēpestatibus aliter fulgent, aliter longē quā olim de Castoris & Pollucis igne poëtarū fabulae prodiderūt. Tā eō peruenimus quod longum maris emensi spatium, ceu nauae ad cynosurā solēt, clauos & rostra direximus, quodq; ut primū scribentis animo fixū nūc propē cōmemorationis rotius coronidē, sortasse & mūdī cardinē cōtimebit. Sed prius tamē quod voto debueram, urbis natalis nomine, à tantis periculis, tam certō numine cōseruatae, hymnū hūc liberationis quadruplicis pulcherrimū consecrabo, quondam Hebraeo, nūc Romano carmine personantē in aures Domini Dei Sabaoth, cuius maestatis, & gloria pleni sunt caeli & terra.

Psalmus.

Fortuna Belgicae deploratio.

In summis tempestatibus diuinū numē proximū esse, & certis plarūque indicis aperiri.

Digressio ad apparitionem sydēis noui.

Psalmus 124.

Canticum Climactericon Asaphi.

Nisi Dominus fuisset in nobis dicat  
nunc Israel, &c.

**N**unc age ni virtus Domini, dextraeq; potentis  
Prasidium nostris habitasset peruigil oris:  
Nunc genus ò de stirpe sacra, nunc pectore ab imò  
Dicite, ni nostris Domino foret auspice muris  
Parta salus, cum turma virum (tot millia) ferro,  
Et face terribilis dira obsidione teneret:  
Qualis ab immmani phocarum gurgite bolus  
Diripitur, sic nos etiam in sua viscera viuos  
Dentibus, & carpiim sectos in frustra vorassent.  
Cum furor hostili veniebat ab agmine princeps,  
Ceu tumida rupi is quondam fornacibus Aetna  
Flamma volans claustra, & venas perfingit aquarum;  
Nil nisi tum rapido torrentis vortice sortos  
Restabat vitreis animam exhalare sub vndis:  
Sed tua in angustiis effulsit gloria rebus;  
Gloria qua nunc & venturo floreat auro,  
O Deus, horrenda quum nos è fauce leonum  
Subreptos, humerisq; tuis, clypeoq; tulisti.  
Nam velut expansis volucris dum castibus auceps  
Insidias locat, illa plagis illapsa repente  
Solvitur, & liquidum exultans petit aëra pennis;  
Nos quoque sic laqueis contritis omnibus omneis  
Te duce venantum iuuat effugisse latebras:  
Vna salus, spes vna tuo sub nomine, cuius  
Afflatu in vacuam primo fata semina molem  
In varias terra, & celi fluxere figuras.

Beata gens cuius Deus est Dominus, & populus quem  
elegit in hereditatem sibi.

De

De prodigioso Phænomeno syderis noui quod  
mediis in tempestatibus nobis illuxit, tanta di-  
uinæ gloriæ maiestate, vt nullam orbis miracu-  
lum sic huic meritò ab hominum antiqua me-  
moria comparandum.

## CAPVT III.

**P**auet animus fata quò vergant timēs, lingua manusq;  
stupore insolito obrigeſcunt, neque sibi metipsis oculi  
credunt, quando iam dudum sublari toties noui syderis lu-  
minis speciem admirandam, hanc Phosphori noui tā pul-  
chram, & splendidam facem defixam in illis mundi parti-  
bus conspiciantur, quas nulla attigerit hactenus, vel ortus,  
vel interitus, vel mutationis alterius inconstantia: si modò  
natura pristinas leges, si philosophorum omnium sensus, &  
placita, si veterum ac neotericorum obseruata in memoriã  
reuocemus. Sileret ipse fortassis iam Ptolomæus, celestium  
rerum accuratissimus indagator: tum Plato, & Aristote-  
les pisce mutiores (si modò viuerent) eorum qua scripserint  
pridem vanitate deprensū, humanam philosophiam pedi-  
bus conculcarent, Deumq; natura operibus longè superio-  
rem agnoscentes, iam efficaciori scientia manus darent, per  
effectus nimirum sensui manifestos, quorum tamen legiti-  
ma cause non modo se nostræ mentis acumini subtrahunt,  
verum & ab illa pridem spherarum celestium firma atq;  
immutabili lege detorquent. Nec enim præter quaternas  
vices aliàs vnquam in hisce locis factam nouationem pro-  
dunt historia sacra. Primò scilicet cum ipse sol staret pu-  
gnanti Iosua contra Gabaonitas. Dein quando cursu re-  
trogrado mouebatur, quod regi Ezechia contigit. Huic  
succesit sydus apparens ante salutis exortum, de cuius ta-  
men loco & specie parum constat. Postremum fuit dese-  
ctus

Quanta sit hu-  
ius prodigij  
dignitas.

Quater ab or-  
be condito in  
celis facta mu-  
tatio est supra  
naturæ legē.

Etus ille mirabilis Solis, ex quo diuinus Areopagita (vt ipsusmet scribit epistola ad Polycarpum) agnouit primus vel mundi excidium non procul abesse, vel Deum natura in summa afflictione versari. Scribunt plerique, & illam obscuram Pleiadum præ cæteris sororibus antè conspicuam repente tandem ab oculis vanuisse. Hipparchum quoque astronomum antiquissimum suo sæculo stellam genitam obseruasse, author Sabellius: ac nos de Veneris stella quiddam ex Augustino libro superiore protulimus, sed & de fide authorum magna suspicio est, & ipsa phænomeni ratio nusquam luculenter expressa.

Me verò quanquam hæc altius repetentem meimet propè poeniteat, quantumque hæc absint humanis viribus satis perspiciam, (quod rationum fluctus ancipites semper, sensus iudicium fallax & lubricum, intellectus verò quæ paucissimus datus circa eiusmodi, non tam discursus facultate, quam cælesti aspiratione indigeat) conabor tamen vt maximè possim, artis meæ nunc omnes atque atque ingenij copias conuocare, non quidem tantopere præsaugiendi gratia (neque enim vates, aut vatum filij sumus) quam vt illud assequamur, quo Deum in omnibus iure laudemus & admiremur, impuris & impiis suorum scelerum conscientiam surdi flagelli verberare quatiamus; iustos autem oppressos afflictos vndique inter momentaneos astus Dei cura certissima & providentia confirmemus.

Nã vt olim ita & nunc posuit prodigia (teste psalmista) in medio tui Aegyp̄te in Pharaonè, atque omnes seruos eius. Ergo cum primum ab obseruatis, atque industria sensuum externorum omnis inchoanda sit disputatio; prius dicendum quoque qualem sese inter apparitionis initia obtulerit oculis nostris, qualemque viderimus in progressu vsque ad hæc tempora, paulo quam nuper edideram planius, cunctisque

Tria inuentionis feminariæ plenius in opere Cyclogn. demonstrata.

Inuentionis auspiciam à sensu & obseruatis.

etisque ad obseruationis amissum maiore cum diligentia reuocatis.

Imprimis diem aut mensem quo primum affulserit celo hic phosphorus nouus, nulli mortaliū hodie certum aut cognitum puto. Scripsi etenim tempus apparitionis fuisse mense Nouembri, anno supra millesimum quingentesimū secundo & septuagesimo. Sed qui se primos obseruasse voluerunt, nonum diem pro initio tradiderunt: cum tamen interea conuenirent plures, quorum alij diem secundū aut tertium annotarunt, plerique, vel autè Octobris finem ferant etiam à vulgaribus obseruatum. Mihi quidem diuina rei in auribus versabatur, sed quum cometa vel sua coma promptissimè à reliquis syderibus discernantur: stellas novas produci contra mundi totius ordinem, legesque communes esse putauerim, idcirco deceptos oculos rudiores ipsa fortasse totius præsentia cogitabam: hic enim tum sublimis vesperi in signo Arietis effulgebat: nec semel libebat oculos in altum tollere, secutus sum ea in parte philosophicam vanitatem, cui nihil creditur serè, nisi quod libet, nec libet, nisi quod possit rationibus demonstrari. Quo factum vt prius hæc apparuerint ingenij simplicioribus, ab omni fastu & inanis sciētiae timore sedatis, quam viris alioqui doctis, & in naturalium rerum contemplatione versatis, quod etiam in aliis serè tum prodigiosis apparitionibus, tum vaticiniis atque oraculis locū habet: vel si pastores pecorumque, magistros in exemplum trahas, quis olim gloria in excelsis Deo, pax terris aurea per ipsos æterni regis satellites nuntiata est. Etenim spectabilem rerum defixa meditatio sæpe diuinorum sensus adulterat, nec vllum est grauius humani precipitij iugum, atque ista rationū exuperantia, quæ nõ se Deo, sed Deum sibi submittere tentat: quæ sensibilibus rerum affluxu tumidæ mētis vias obsepit, quod minus diuini spiritus.

Primū apparitionis tempus.

Philosophorū vanitas.

Res intelligibiles sæpe prius ingenij simplicioribus cõperiri.

Ratio.

Spiritus lumen in se transmittat : quin ipso rationis gubernaculo destituta, atq; ab intellectus arrio pulsa, tanquam ebria rursus in posteriora labatur : postquam scilicet metitur omnia in rebus diuinis tum pro sua potestate angustis, tum pro carnis affectione & corruptela. O curua in terras anima & caelestium inanes.

Primū confy-  
detationis au-  
spiciū in sy-  
dere nouo.

Locus syderis  
nouī.

Primum itaque aliud quiddam agentibus nobis, cum iam hoc lumen auctius ac fulgore notabili multorum oculis perstrinxisset, sereno calo à prætereuntibus demonstratū est. Me verò attonitum altius inquirendi studium cepit, existimantem tunc prius vnam esse ex illis Castopæ stellis lucidioribus, quæ formam totius syderis circumscribunt. Quid verbis opus est? accepto globo caelesti quæ parens propriis manibus exararat, mox etiam adhibitis aliis instrumentis, vt radio, planisphærio, annulo astronomico, vbi cum Ptolomæi, & Hygyni, aliorumq; tum veterū, tum recentiorum tabulis contulissim: di boni quantus stupor, atque admiratio subit! videbar illud audire quod Lucanus cecinit, ignotum vobis Arabes venistis in orbem. Porro primū obseruationis tempus fuit nobis die Nouembris 26. tum enim ea proportione deprehendimus, qua permansit postea ne scrupulum vel minutum à sua sede desleētens, nimirum inter Cephei sydus & Castopæ: quā multi Calliopen voluerunt. Stabat in recta propemodum linea, cum insigniore in lumbis Castopæ, cum clara Medusa atque Pleiadibus. rursus ex alia parte cum stella polari, atque ea qua est in natibus Vrse maioris. sed hac non tā amissi geometrica, quā ad oculi sensum dicta intelligas. exactissimè verò in eandem rectam lineam incidebant cū sydere noto Cauda cyeni, & superior in capite Cephei intra circum Galaxia. Item versus Austrum sinistri cruris Andromeda lucidior stella, cum trianguli stellis in angulo Boreali, nec erant

Oriente alterum tercia Castopæ stella: caput Castopæ ultra australem angulum pendet, crura & pedes Boream spectant, longius ab angulo Orientali in sublimè reducti, hoc modo.

Examen fixa-  
rum quibus  
cum facta est  
comparatio.

Ne verò in primis carceribus error exiguus infinitos alios secum trahat, ista quoque his annectēda putauimus.

1. Quod cum patre collata industria semper obserua-uerim stellam polarem decl. 86. grad. 25. min. Vnde illius distantiam à polo mundi colligemus 3. grad. 35. min. latitudinem ab eclipctica 66. grad. min. 0.

2. Stellam Castopæ vndecimam distare comperi à stella polari 25. grad. 30. min. ab Hircō 41. grad. 24. min. secus quā alij tradunt, qui hircum maiori distantia remouent, etsi in tanta interapedine facilè sensus hallucinetur: certum est tamen hanc stellam vndecimam non bene hæcenus obseruatam, vt & situs ostendit ad stellam nouam, qua iuxta hanc dimensionem cum reliquis distantis exactissimè correspondet. Sic vt noua stella in ipsum columbarium incidat, hæc autem vndecima secundum sign. success. paululum remoneatur.

3. Illa in dorso Castopæ vel pectore long. habet 18. 51. M. Lat. Bor. 46. grad. 45. min. declin. 54. 14.

4. Hircus long. 16. grad. 1. min. II lat. 22. 30. declin. 45. grad. 8. min.

5. Persei latus dextrum long. 25. grad. 51. min. & lat. 30. grad. 0. min. B. decl. 48. grad. 6. min.

Colligitur tandem locus istius syderis noui, per doctrinā triang. respectu quidem Zodiaci eiusdem longitudinis cum illa lucidior in lūbus Castopæ, nimirum 4. grad. Tauri, licet hæc stella Castopæ duobus minutis aut circiter magis in anteriora procedat. Secundū segeta primi mobilis à polis mundi, quorū cōsideratio præstātissima est, (fortassis & hoc

Locus phos-  
phori noui  
ratione fir-  
missima de-  
prehensus.  
1. Ratione Zo-  
diaci.  
2. Ratione  
primi mobi-  
lis.



conferatur. Sed vero verius est, ubique  $\delta\epsilon\upsilon\tau\epsilon\pi\alpha\varsigma\ \sigma\pi\omicron\upsilon\tau\iota\delta\alpha\varsigma$   
 $\sigma\omicron\sigma\omega\tau\epsilon\pi\alpha\varsigma\ \epsilon\iota\upsilon\alpha\iota$ .

Comparatio  
yriusque.

Observauit autē D. Hagesius distantiam noua stella ab  
11. exactē, vt & nos, astate precedenti, & totius anni cur-  
riculo deinceps vsque in hac tempora, grad. 1. min. 24. atq;  
hic optimē conuenimus.

Declinationē vndecima ab equatore, statuit 60. grad.  
40. min. quam ego tunc nouo syderi attribuebam non  
rectē.

Eiusdem stellae vndecima distantiam à polari stella 26.  
grad. 34. min. in quo plurimum discrepamus, nam distan-  
tiam vndecima à polo facit 29. grad. 20. min. vnde colligo  
ipsum statuerē dist. stella polaris à polo 2. grad. 46. min.  
quod à nostra obseruatione differt propemodum integri  
gradu. Sed (vt antè diximus) stella polaris difficillima est  
obseruatio multis de causis.

Distantiam noua à clara in dorso Cas. reperi 7. grad.  
47. min. differt paucis minutis.

Dist. noua à 3. Cas. 7. grad. integrorum: discrepat pro-  
pè dimidio gradu.

Dist. à 4. Cas. 4. grad. 51. min. parum differt.

Distantiam noua à 12. Castorae, 5. grad. 15. min. abest  
12. min. à nostra.

Hac quidem liberè atq; animo prorsus philosophico, vt  
videant posteri tanto certius  $\alpha\epsilon\theta\omicron\upsilon\pi\alpha\varsigma\ \epsilon\iota\upsilon\alpha\iota\ \tau\alpha\varsigma\ \mu\iota\sigma\omicron\upsilon\upsilon\ \delta\upsilon\text{-}$   
 $\pi\epsilon\tau\alpha\varsigma$ , neq; me tam gloria causa, quā veritatis indaganda gra-  
tia conscripsisse. Sunt alij plures qui nostram hanc obser-  
uationem suis met oculis confirmarunt, tum in Italia, tum  
Gallia, Germania, multisq; sparsim finitimis locis. Nec illa  
obseruatorū diuersitas eo perduci potest, vt haecenus mo-  
ta suo loco vel scrupulum videatur, aut certam rationem  
parallaxeos obtinere.

Aliorū obser-  
uata varia.

Est

Est itaque aspectus syderis noui ad punctum aequinoctij  
penè per sextantem circuli: locus in contactu limbi borea-  
lis galaxiae, & coluri circuli qui transit à polo per stellam  
polarem, stellam nouam, ac principia Ver.  $\approx$  ferè etiam  
per illam in tergo vrsa maioris, etsi exactius paulò per ca-  
put Casti. sic vt caput limbum lactei circuli australem  
tangat, Borealem Phosphorus nouus, (qua sanè videntur  
omnia ad sensum quendam mysticum pertinere) linea ve-  
rò ducta à noua stella ad caput Castiope cum linea trans-  
uersa ad secundas proximas lucidiores sectionem  $\chi\alpha\iota\sigma\mu\omicron\upsilon\upsilon$  facit:  
sic tamen vt magis inclinet stella versus  
lumbos Castiope quàm versus lucidam sedem. Siue igitur ad  
caput Castiope siue ad pectus comparet, gladij aut crucis  
imaginem format elegantissimè, qua quidem species nus-  
quam in alio sydere reperitur.

Circulus per  
stellam trāficā  
mundi totius  
præcipuus  
cardo.

sectio in for-  
mam crucis.

Omnium difficultatum ea sanè grauissima est qua de  
altitudine spectatarum rerum via mathematica, perque  
aspectus diuersitatem exploranda proponitur. Hac e-  
nim imprimis constare debuit, si intra concauum lu-  
na fuerit reponenda, quòd etiam in cometis ista non  
solum euariet, verum & in luna corpore tanto maior oc-  
currat in diuersis angulis mundi, quanto quæque aspe-  
ctui nostro sint propiora: vt etiam ex ipsa triang.  
doctrina liquidè patet. Atqui (vt verum fatear) mul-  
ti obseruatores primò se deprehendisse aliquam opina-  
bantur, vt pote 4. aut 3. minut. Sed cum sapius  
idem tentauerim, nihil haecenus certum consecutus,  
nec vllam esse existimo parallaxim, quam neque è di-  
uersis obseruatorum locis, neque ab extremis altitudi-  
num differentiis in meridiano circulo firmam aut stabi-  
lem quisque constituat. Idem quoq; & nostro Hagesio vi-  
sum, vt ex ipsius literis patet, quas libenter adiecimus, non

De altitudine  
syderis inue-  
stiganda per  
parallaxim.

Quid circa  
parallaxim sy-  
deris noui au-  
thor obser-  
uarit.

solum rei ipsius confirmanda gratia, sed quod & opus nostrum splendore sua doctrina ornatura plurimum videretur. Faxit Deus, ut, quod propediem fore confidimus, pleniorum quoque illius sententiam hac de re cum aliorum placitis audiamus. Quod autem plerique aspectus diuersitatem se obseruasse crediderint, deceptos arbitror: cum ob plurimas causas, tum maxime quod ante auroram Horiz.onti propior multo quoque fax eadem maior ad oculos, nec non splendidior appareret. Equidem illud attribui semper vaporibus interiectis, ut etiam in stellis ceteris vsu venit. Quam eadem ratio est cur eodem die nunc pallidior visa, nunc rutilantior solito, interdum & comam orbiculatim gerere putaretur, etsi tamen vera colorum & magnitudinum differentia à nobis postea sunt animaduersa, sed longiore temporis interuallo, atque ob alias causas, de quibus mox differetur.

Locū syderis noui non esse in regione vltra subconcauo Lunæ.

Iam multis id argumentis confeci in animo meo, locum illius syderis non esse in orbe corruptibili, sub concauo Luna. Nam imprimis non scintillaret: deinde, que fallere minime potest, certa aspectus differentia idem vel apertissime demonstraret. Postremo non ita proportionem stabili ad fixa sidera rapti primi mobilis volueretur, cum quicquid sub Luna constitit locum mutauerit hactenus ad minimum intra spatium mensis vnus atque alterius. Ut si vel omnia perlustrares prodigia que sunt ab orbe condito, ex monumentis historicis promptè concludes. Imò cum non sit in aethere, nec illi inter planetarum anfractus vlla regio poterit assignari. (nam neque planetae scintillant, nec syderi nouo ad motus errantium vlla cognatio est.) Reliquum est ut aut in orbe octauo, aut nono, aut decimo forsan aut superiore quopiam collocetur. Visus est etenim eius fulgor immensus multo amplius scintillare quam vlla syderum aliorum.

Locū eiusdem neque in ethere orbe nec vilo planetarū circulo constitui posse.

Conclusio à sufficienti diuisione vt lo-gici vocant.

Sed

Sed quoniam hac res momenti maximi est, libet eandem aliter ac paulo expressius demonstrare.

Scito illud certissimum, à primo tempore quo nobis videre contigit hoc astrum nouum, erat magnitudo illius eadem cum arcturi sydere, etiam colore & specie planè conueniens, nisi quod propius paulo ad lumen Veneris accedere videretur, colore quasi subruffo elanguescente in fuluum quempiam, sed ex argenteo temperatum. Aiebant prius visam multo minorem. Etsi tum dubitauerim num idem ob causas alias accidisset: verum postea sensim animaduerti magnum illius luminis incrementum vsque ad natalè Domini 1572. quo tempore nihil differabat magnitudine à Iouis stella, aut syrio; ipsum penè luciferum superabat. sereno celo nullam comam, aut extensioem radiū ad mandū angulum præ se ferēs, verum ita vibratis radiis ardebat ut per densissimas nubes saepe stellis latentibus ceteris transpareret, mihi per fenestras vitreas noctu sæpius intuenti ceu lampas in celo amplissima videretur. Hinc pedetentim diminuta denudè etiam coloris speciem languidioris indies nobis ostendit, ex ruffo scilicet in fuluum atque argenteum vergens, ut etiam postremis obseruationibus cum minima spectabatur, Mercurij lumen pallidius scilicet potius, quam planeta alterius exhiberet. In Febr. anni sequentis 1573. Ioue minor apparuit, deinde circa augustū accessit magnitudine ad eas stellas que secum rhombi speciem perferunt. In Nouembri equalis omnino cum vndecima stella, in Ian. anni 1574. multo minor, in principio Februarij tam exilis vt nebulam potius quam stellam quis fuisse putauerit. Luna etenim presente non apparebat, cum tamen appareret vndecima; verum eadem absente occurrit sereno celo, sed tantum atrius intuenti velut punctulum nunc appareret subito, nunc ab oculis obliuisceret. Ante

Quod supra planetas omnes constitit, firmior demonstratio.

Luminis miranda mutatio per gradus certos in sydere nouo.

auroram

auroram diu exacte satis conspiciatur argui luminis radio adhuc scintillante validius, quam vndecima illi proxima, quae tamē tum lucis magnitudine superabat. In fine Februarij vespertino tēpore vix amplius videbatur, manē minutissima instar stella magn. 7. eo acumine & specie lucis quae in Mercurio solet cū extra solis radios primū emerfit. At qui semper à principio manē splendidior multo maiorq; quā vespere fulsit, praeterquā aetate, ob refractionem luminis ex parte borea & viciniam solis.

Nec primum exortū neque decremētum syderis noui ab villo mortaliū potuisse deprehendi.

Quemadmodum verò de syderis noui primo exortu nulli mortaliū cōstet, ita neque de fine prorsus exactum temporis punctum facile est definire. Cum enim paulatim ac velut certis gradibus aucta primū, deinde à vigore diminuta sit magnitudo, vt omnium stellarum quantitatē, fulgorisque speciem imitata ex ordine videatur, quis est qui nō modò puncta aduenit aut recessus, verūm & apparitionis extrema potuerit obseruare, quando eadē alius prius alius serius in illa visus atque obiecti intercapedine debeant obseruari, cū propter sensus atque acuminis differentiam, tum propter medium, vt aëris statum, accessus solis & lunae. Fieri potest potuisse videri à mense Martio vel Aprilii anni 1572. vel etiā multo prius, nunc quoq; desinere circa eundē ingressum Solis in Arietem vel ♈, propter analogiam loci in quo conspicitur, vt totum tempus sit annorū duūm, sed apparitionis tantū anni vnius cū triente. Hoc probabiliter dico, nulla autem firma est demonstratio.

Vniuersum apparitionis tempus vero proximum definitur.

Discursus ex obseruatis habitus per sensum de altitudine stellae, siue distantia à terris. Non fuisse à primordiis mundi.

Mibi quidem ex deprehensis hactenus constare firmiter tum motus illius syderis vniuersus, tum generalis distantia visa est. Nam à mundi primordiis exiisse, vt plerique inter Italos scribunt, nulla ratione conspiciunt. iam enim hoc ab initio poterant suspicari, in tanto stellarū numero aliquam à veteribus praetermissam: sed luminis eius infigne

Infigne augmentum ac decrementū opinionem hanc penitus labefecit. Natam tamen fuisse via generationis & corruptionis quam orbis sustinet intra concavum luna, neque illud mihi villo pacto sit verisimile: cū in eam partem cali nulla cadat eiusmodi permutatio: tū praecipue ac sensui manifesta. Melius itaque forsā omnem hanc magnitudinis differentiam ex alia quadam aspectus diuersitate trahemus: quae non longit. vel latitudine committatur, sed in ipsa euariatione distantiae, atque altitudinis à terra aut oculis nostris, quod sanē per lineam rectam fieri debuit, protensa à visu nostro per stellam nouam in continuum. Vt mirum non vlla accretione, aut cōsumptione materia maior minorue sit visa, sed iuxta intercapedinis differentiam, vt & accessu, recessuq; ad sphaeras inferiores, propius saluasse mortale genus, & sensim rursus valedixisse putemus. Quin ipsis errantibus stellis nunquid hac ratione prope modum incrementa & decrementa luminis fiunt? praefertim quibus vel amplius est epicyclus, vel interioris circuli excentrotis. Hoc certē in Marte imprimis, etiā in Ioue ac Venere pulcherrimē demonstratur, quibus accedunt etiā alia causa, vt occultationes sub radius, inclinationū angulū ad finitorem occiduū vel orientalem. quae cuncta ex planetarū theoriis sunt altius eruenda. Patet igitur motū illi fuisse triplicē toto durationis suae curriculo deprehensum. duo enim sunt recti, primus descensus secundum lineam rectam, alter ascensus quo sensim euauit, tertius circularis ad raptum primi mobilis circa cardinem mundi. Vt tamen nec ortum neq; occasum subire potuerit, sed videri constanter calo liquido per Europā vniuersam debuerit, perq; totius mundi margines quibus Castiopa sydus nequaquam sub Horizonte demergitur.

Vnde magnitudinis incrementa & decrementa.

Alio modo quā gen. & corruptionis nouū hoc sydus apparuit atque ab oculis recessit.

Motū fuisse triplicē syderis noui ex obseruatione colligitur.

Quousque distantia ratio colligi possit.


Illa tamen exquisita distantia ratio, quam rei spectabilis





gulos, cuius basis in re spectabili collocetur, sed & alterū ex aduerso, ab ipso videlicet centro, obiecti ad diametrum crystallini: est enim sensus in mutua quadā actione & passione, verū sensibilibus perceptio maximè in radiorum concursu mutuo atque complexu circa pupillam. Quare in hisce obiectis quæ minus sunt lucida, maior actionis energia procedit ab oculo: in illis autem quæ suo lumine sensum ferunt, non dubium quin ab obiectis diffusi radij agendi summam obtineant potestatem. Duplex igitur refractionis differentia est, si vapor spectantis oculum & rem spectabilem intercedat. In cometis etenim nō ad eū vis illa agendi ferēdiq; reciproca poterit assignari, quare neq; illa refractionis multū ad augmentū luminis præstat, quin dissidentes radij priusquā reddantur oculis ab illis interiectis vaporibus obtundantur, eneruatiq; dispareant. In sole contrā & luna, ceterisq; fulgidioribus stellis, quibus lumen actuum & penetrantius multo: his sanè videri diametrum longè angustiore ex illa refractione cōtingit, vt hæc tenus etiam quotidiana experientia confirmauit.

Duplex refractionis differentia circa radios visus.



Ergo

Ergo cum locus illius syderis vero proximus, tam in altitudine, atque distantia, quam longit. & latitudine calist constitutus, omnis quoque iam status & motus ratio deprehensa, nec non fulgoris species, magnitudinis diuersitas, figura & analogia ad proximas stellas: planam nunc fore cōfidimus inquirendi de ceteris viam: primò quid sit, aut quo prodigiorum ordine collocandum: deinde verò cuius gratia apparuisse mortalibus videatur: nā & his duobus generibus questionum, causarum pariter atque euentuum, siue rotius præsaq; ratio continetur. Vtar potissimum argumento a plena diuisione rerum quæ ipsum constituent vniuersum, vt in diuinus fieri solet: Neque enim generabilem aut corruptibilem vllam materiem redolet, vt censerit exhalatio possit. Quin si cometa ortum sublimiorem multis passibus antecellat, nihil est quod meteora reliqua conferantur, cometas autem consistere in orbe aethereo liber præcedēs prolixius demonstrauit. At qui cometam non esse, ex ipsa primū nominis ratione conuincitur. cometam etenim nullam aut figuram alterius speciem nobis ostendit, quam exactè orbicularem, circumscriptam vt in reliquis stellis. Deinde nullus cometarum vnquā visus est scintillanti lumine visum ferire, sed tristis semper, & lugubrū, tranquillo effluuio, caudaq; in solis oppositum exporrecta: hæc autē planetas & propè sydera fixa palpitantis radij traiectione, præsertim sub ipso vigoris tempore, superabat. Est alterum, quod vel maximè probat cōstantia loci, quam cometa non obseruant diu, etsi sort assis ad sensum per dies aliquot consistere videantur. Nec patet historicis quenuquam istorum vltra sex menses humanis oculis patuisse. Quod enim de gladij forma Hierosolymis impendente per annum integrum recitatur, ea non tan crūni syderis quam idoli alterius catalogo numerāda est, vt nec illa quæ P. Creuserus descri-

Digressio ad alteram inquisitionē de natura syderis noui.

Questio duplex.

Methodus inquirendi.

Quod non sit cometa vel exhalatio.

descri-

describit anno 1527. Postremò demonstrat ipsius lucis actiuitas, energia, quam stellis propriam in tanta distantia & magnitudine proportione diduximus. Quòd si quandoque cometa fulgidiores appareant, vt & nocturnas tenebras visi sint illustrare, his profectò non tam tribuitur illud ex concretionem materia, quam ignita exhalationis copia, & torius corporis amplitudine: in stellis autem, potius tñ forma, tum materia nobilitate contingit: in sole tum propter

Quòd non sit planeta vel fixarum aliqua.

Quid sit generatum ex aliarum rerum negotiatione colligitur.

Mentes diuinas triplici motu simpliciore circūagi.

has causas, tum quòd & lucis copia cunctos exuperet. Iam & stellarum numero diuinum hoc spectaculum secludendum ratio dicitur. quòd neque planetā facere possit, ob motus & luminis antipathiam: neq; fixarum aliquam, quòd orta semel, augmentum luminis, statum ac declinationem ostenderit manifestam; ac tandem ab aspectu cunctorum sese abripiat. Quid ergo relinquitur? Profectò corpus illius totum esse metaphysicon, ac supra naturam, certis tamen caelestium corporum motibus alligatum. Dæmones eò pertinere, atque tam diu illudere mortalium oculis posse, non est credibile. Restat vel angelū quempiam esse, ac prodromum altissimi: vel Deū ipsum se nobis hac lucis specie proferentem: cum nullum sit corporis genus vndeunque cognatius, quàm exactè rotundū, serenum, lucidum, in statu mobile, in motu stabile, constantis ordinis, figura, atque efficacia. Quid autem diuinis mentibus magis domesticum quam duos habere motus rectos, quibus ascendant, atque descendant; cum illis verò & tertium circularem, quo reuoluantur denud in seipsas. Rei substantiam præstius definire non licet. Mihi videtur satius in ipso formarum genere persistamus, vel Deum scilicet, vel diuorum quempiam apparere amictū lumine sicut vestimento, adhuc tamē multa caligine sub pedibus, vt ait Psalmista. j. inter sensus humanos, & diuinam pulchritudinē interfusa. Sit hæc propemodum

dum lata sententia loco, à qua prouocare sit perdifficile, si tot & tam perspicua testimonia non inuidiosis auribus hauriantur.

Neque multū ab huius syderis specie illud abfuisse crediderim, quod olim tribus apparuit magis: de quo diuersi varia prodiderunt, sed Prudentius hic poetam (verè poetā) agit, quanto maiorem solis orbita pingit. Nicephorus et si in pluribus fabulosus, hic tamen adiutus Græcorum veterū monumentis, fidem vel maximè promeretur. Describitur autē Historia Ecclesiastica lib. 1. cap. 13. Nam, vt istic lazius refert, Sapientes ij natalium splendore, atque opibus insignes, stellam in sua regione prius conspexerant, non ex illis vnā quæ à primordio rerum celi firmamento affixa sunt, neque ex iis generibus meteorum quæ prodigio, & quasi enigmate regum successiones pronuntiant, cometa, dolia, trabes, & iacula, quorū ortus ab exhalationibus sursum latis, & circa aetheream plagā incensis, à phisicis memoratur: sed nouam planè, insolitā, ad terram vergentem, ac plurimum relucentem, per similem q; ad eò reliquis syderibus celi, nec aliis quàm qui syderibus cognoscendis operam dedissent conspicuam, & apparentem. Et illa quidem non breui, sed duos antè annos quàm Christus natus esset exorta effulserat, ne quis duobus post natiuitatē annis editam putet. Sed enim magi cum nouo stella huius spectaculo in considerationem ambiguam torquerentur, diu multumq; inquirendo, in prophetam Balaam inciderunt, qui de ea quòd futurū erat numine afflatus tot sacris antè cecinerat: fortassis etiam ab iis quos in ueneratione habuerant sacerdotibus paulatim per doctrinam ad mysteria eius quæ rationem omnem excellit, Dei verbi natiuitatis deducti essent, maximè verò Deus ad hoc ipsorū animos excitaret. Proinde & summi regis prouidentia natam stellam,

Cōparatio syderis noui cū eo quod ortū salutis antecessit. Prudentius.

Historia stellarum quæ Christū præcessit, ex Nicephoro.

Consideratio diuinarū rerū quid faciat vide.

perinde atque animatam quampiam, intelligentiaq; participem vim ex Perside Iudæam versus moueri intelligerent, tanquam via duce[m] precedentem posthabitis omnibus sint pone secuti. Quum verò ab Hierosolyma venissent in Bethlehem, qua disparuerat prius, se rursus ostēdit, inq; ab Oriente procedens, tandem supra domunculam constitit, & quasi loco affixa; firmitus immota permansit, vbi scilicet & mater ipsa, & regum rex illius filius admirandi præ stellis cæteris effulgebant. Hactenus ferè Nicephorus: ex quibus aperte satis conuincitur, nō multum illius essentiam ab huius specie discrepasse, imò vix aliàs, quam quòd illa primùm præcesserit, inde constiterit, hæc autem eodem puncto semper immota permanserit. Quòd enim supra domus fastigium fixam ac velut pendentem in aere dixit, fortassis illud ad captum potius popularem, quam Mathematicè scriptum fuit. neque enim si prius ita sterisset, videri ex Perside potuisset; neque si descendisset postea, stella potius quam exhalationis alterius speciem loco tam decliui & terris proximo reseruasset. nisi in omnibus ad nudam Dei omnipotentiam referre singula voluerimus: quod ita ridiculum est in diuinis spectaculis, vti in purè naturalibus semper confugere ad occultam proprietatem. Magis consonum rei, quòd cum essent astronomia peritissimi, certis instrumentis primò progressum ex Perside versus Iudæam in cæli partibus obseruauerint: simulatq; verò ipsi magi ad domum Bethlehè peruenissent: tum primò collatis obseruationibus dierum trium, aut plurium, nullam motus differentiam visam, quare cum & verticalis maximè, & locali immobilis appareret, admonitis esse hæc ratione ne progredere[n]tur ulterius, quippe qui iam profectio[n]is suæ metam pulcherrimam attigissent. Ad hanc sententiã consensione mirabili accedit martyr Ignatius in Epistola ad

Ephes-

Non multum differre hoc sydus ab eo quod apparuit magis.

Ephesios verbis ita planissimis scribens, Latuit principè huius sæculi virginitas Maria, & partus eius similiter, & mors Domini. Tria mysteria clamaui in silentio, Dei enim opera nobis manifestata sunt. Stella in celo fulsit super omnes que ante ipsam erant: & lux eius inastimabilis, noua ac peregrina apparuit videntibus eam. cætera verò sydera cælesti sole & luna corusca facta sunt illi stella. illa verò superabat omnes splendore suo, & facta est perturbatio vnde hæc nouitas appareret. Hinc hebetata est mudi istius sapientia, iniquitas & malitia exterminabatur, &c. Faxit omnipotens genitor nunc ante natalem Domini diem sydere rursus exorto nouo, nouam & meliorem reipub. Christiana alioqui nunc afflictissima faciem liceat contemplari, positusq; cupiditatibus prauis, nos ipsi in Christo, Christus in nobis aspiratione mutua renascatur. ille enim discussus suorū lachrymis pacem solus & æternam, ex vna benignitatis suæ vberissimo fonte deproquet, noctemq; hanc obscurissimã luce latissima commutabit, simulatq; nimirum temporis orbe perfectò, mundi partem inquinatissimam velut Augia stabulum tot inueteratis sordibus expiarit. Sed nondum exhaustus est calix, cuius mentionem Psalmographus facit dicens, Calix in manu Domini vini meri plenus misto: Et inclinauit ex hoc, utique facès eius sugent, bibentq; omnes peccatores terræ: psalmo 74. Etenim vinum purissimū iustorum animas manet ab hoc terreno carcere sequestratas, vinum aqua dilutum iustos, dum hic cribrantur iactanturq; vt turbido mari. Quare nil peccatoribus superest, quam vt facem bibant, eademq; sese inebrient in condemnationem mortis æternæ.

Quamquam verò quòd reliquum fuit circa præfagia, forsitan in animorum suspensione quadam relinquere præstitisset: ne tamen omnino mortaliū votis, studiūq; flagrantioribus

Calix Domini vini meri plenus misto.

Postrema questio circa præfagium.

tioribus desin, subijciam pauca non qua desiniant cerid, sed cogitandi altius de presenti pariter atque venturo reip. statu materiem subministrant. Erit autem tutissimum, in summis generibus generatim & sub hypothesi modū praescientia posuisse, vt demonstratum est supra. Maxima pars decepta imagine rei, nullos euentus alios praedixere, quam qui comētis tribui solent, eō respiciētes scilicet, quod a Virgilio proditum est lib. Aeneid. 10.

Frustrā huic prodigio illa attribui quae cometis solēt.

Liquida si quando nocte cometa

Sanguinei lugubre rubent, aut Syrius ardor,  
Ille sitim, morbosq; ferens mortalibus agris  
Nascitur, & lauo contristat lumine caelum.

Plura de his Manilius, Aratus, Pontanus, &c. sed frustra secum has rationes putant: cum prius ab horum coetu atq; concilio longē nostra haec stella sit segregata. Frustrā quoq; ex apparitionis tempore primo, ex copula & syzygiis aliorum tum errantium tum fixorum syderum, ventura coniecerint, cum neque in eorum numero reponatur, neque illius exortus certa sit definitio, ac proinde nec vllas inuestiones virium, status, aut declinationes in temporū certa segmenta distribui possunt, neque cognosci quod huius planeta, aut illius indolem proprius praeseferat. Quanquam aliquando tum ex coloris specie, tum precedente deliquio Luna, nexuq; mirabili per idem tēpus ipsius Solis cum Marte & Mercurio, postremo ex ingressu in Arietem anni 1572. vbi continuatis ordinibus inter se coierant ♃, ☉, ♀, ♁, cum ♁ & ♃, non procul ab aequinoctio, naturam in illo permixtam putauerim ex praedominio Iouis, Martis, Solis, ac Veneris, vt tamen Sol omnium princeps ex lucis similitudine censeatur. Mihi hoc astrum nunc acrius intuenti multo diuinius visum est, quam vt decreti ratio ad causas inferioris ordinis alligetur. Maius quiddā ex analogia cometae potuit

Authoris panodia.

pre-

praesagiri quem nos descripsimus anno 1556. à quo hic annus 1572. decimus septimus numeratur, qui inter criticos primus est, in tertia septimana post exactum diametrum Luna, & cū morbi acuti simpliciter in acutos ex decidentia commutantur. Solent autem à partu in puerperis foeminae mutationes efficacissimas sub idem temporis experiri. Locus verd illius syderis criniti cepit propemodū ab oppositis caeli partibus, nō procul ab aequinoctio librae. vnde in composito motu sensim peruenit ad locum ferē eundē quē occupauit stella haec noua, atque illic vii dixerimus expirauit. Scripseram nuper tumultuario calamo circa signum Leonis desuisse, sed obseruatis quae tunc non ita occurrerant pluribus ex tabella seposita comparatis, quod illic negligentius editū fuit, istic duximus castigandum. Sed & haec omnia parum fortassis pro rei dignitate commonstrant, tentandum est alia via, atque vii praceptum aliud fuit, disserendū prius de significatione in vniuersum. Mox cui, quando, & quomodo, vt de euentuum specie paulo praestus inquiramus. Melius quidem in naturalibus ac paraphysicis à tota natura proficiscimur: in purē metaphysicis fortē per similitudinē rectius aut allegoriam, adiuncta dispositione materiae receptoris, aliiq; quae velut cause praecedētes apparent vel effectus eiusdem causa.

Analogia cometae qui apparuit anno 1556 ad iudicium nouum.

Inquisitionis ordo circa praesagium syderis noui.

Instrumentū.

Atqui iam illud non vulgare quippiam esse quod portenditur, sed sublime & maximē rarum, ostēdit primo raritas signi, cui post Christum natum vix aliud haecenus comparandum: deinde & sublimitas loci in quo conspicietur: tertio diuturnitas, constantia, duratio: quarto species, & fulgor insignis mole exigua penetrandi facultate mirabilis. Quare neq; operationis initia statim in limine fuerāt expectanda, quamuis profectō nūc semina prima, siue praesudia, per totum orbē hūc Christianum sparsa crediderim,

Portentū hoc nulli prope modū significationis excellentia comparandum.

- 1.
  - 2.
  - 3.
  - 4.
- Operationis tempora.

que forsit an post anfractus annorum criticos, vt 4. 7. 9. II. 14. 17. 21. 27. 40, paulatim in actum proditura, et atum quoque suarum siue progressuum partes, ac vicissitudines consequantur. Sed quibus temporibus augmēti, status, declinationis, momenta se singula circum scribant, soli id certum opifici primo. Quāquā de summo cardine si quid probabiliter licet, tum ex prodigij dignitate, tum presenti dispositione materia dubitem vehementer, num ille hoc quadragenario primo sit expectandus, num potius secundo, aut tertio, utpote intra annos 80. aut 120. quod verissimilius esse videtur. Possem in hanc sententiam plura ex diuersis auctoribus, tum sacris, tum prophanis: sed neque inanem operam in temporum scrupula lubens impenderim, neque illa tā superstitiosa indagine multū potest ad artis usum, aut gloriam comparari. Qui prescius volet venturos prope diem defectus luminum supra quā dici possit, horrendos, ex astronomorum tabulis animaduertat: presertim annorum 85. 1605. deinde & 8443 anno 1583. circa Aprilis finem, ac postremū cōgressus orbium superiorū & ☿ de quibus omnibus aliquando latius differetur. Spernamus itaque nunc illud lubricum vulgi iudicium, cui cuncta nisi responderint statim, mox & prodigium inane & irritum putant, rerumq; diuinarū observatores cōclamata demēzie insimulant palam. Quin cū multo post euenerint, etsi responderint adamusim, non tamen hæc horum decreta fuisse permittēt. Obstet enim eiusmodi ferē hominibus primum artis ignorantia, rectumq; iudicium, deinde & inuidētia scelerata, quæ nullam hæcenus prouidentia partem in hominibus tulit, siue per purē diuina cœ causis physicis intercedentibus offerantur. Quid si presentes vrgeas presentibus argumentis, protinus aut conuicti stupent, aut ex vno absurdo in aliud grauius probabuntur, ea vociferantes

Nequaquam oportere inortalium curā aut prouidentia studij in temporū scrupula prorogari.

Inepta vulgi estimatio de prodigijs.

Contra plebsque deo-  
māx ac di-  
uinorū mu-  
nerum con-  
septores.

que

que non sanū esse hominū, non sanus iuret Orestes. Velim contra hos tantum eo versiculo Græco quē in remedijs magicis ex vsu fuisse veteribus narrat Plinius: φεύετε κωνδάπιδες λύκῳ ἄγριῳ ὕμιν δ' ἰώνει.

Quemadmodum verò tempus amplissimum totius decursus fore coniecimus, de loco similiter cogitandū est. Forzē ex presenti nostra reipub. statu, quo nullus hodie vsquam sit violentior, plures quoque prodigium hoc vniuersum soli huic regioni magna decernere cogitabūt. Sed paruis auspicijs lenta saepe progressio, vires sumit immensas, & furibundo incēdio ad vsque extremos terrarum ambitus euagatur.

An aduersa magis præsignet, an prospera, studiosè inquirere longè vanissimum est, cū qua decernant pluribus locis, ac toti forsit an orbi Christiano, non eandem vbi que κατὰ τὸν αἰῶνα causæ recepticis inueniant, ac proinde cū tantū significent generatim, mutationes maximas fore: harum profectō peculiare differentias, ex ipsa presenti materie expiscari reliquum fuit, nō quidem vt ad infimas rerum species ceu singularibus proximas descendamus, sed gradum in medio quodā genere desigamus. Quamuis enim vbi que iuxta Sapientis oraculum incerta sint prouidentia nostra, quod corruptibile corpus instar carceris animū deprimat altius euolantem, quanquam & illud consonum apud philosophos minimè Christianos,

Prudens futuri temporis exitum

Caliginosa nocte premit Deus,

Ridetq; si mortalis

Ultra fas trepidet.

Certum est tamen τὸν σὸφὸν μέντιν ἀγίστων εἶναι, si sese illi prædictionum sinibus sistat qui nobis iam pridem in vniuersali artis istius methodo sunt explicati. Tantū igitur

Locus euentus inquitur.

An bona an mala portendat.

Humane prouidentia fines.

Sapientē quēlibet optimū vate vel ex sola dispositione materia, adhibita cōparatione presentium ad præterita.

hic secundum rationem iudico, eiusmodi signa ter maxima ad summam rerum vicissitudines pertinere. Atqui cum bona, vel mala singula respectu quoriam censeantur, nec ulla sit ingens calamitas, qua non fortunam prosperam vel praecedentem ponere sequatur, vel se sequentem e vestigio trahat, quid istuc dici, aut cogitari certius possit, quam quod sua cuique regno, vel provincia qualiscumque fortuna pro presenti statu metamorphosin maximam propediem sit expertura? Videant igitur, atque atollant oculos qui nunc in luctu ac tenebris, in luto miseria vitam desertam, inopem ducunt. Viuit enim Dominus, cuius nutu orbis hic excubat vniuersus, paratus in spem meliorem cuncta erigere, si nosmet ipsos vocati numini per aspirationes occultas & manifestas minime subtraxerimus: paratus idem nos punire grauius, nisi actorum poenitentia moti, & sortem presentem feramus aequanimiter, & repurgatis animis constans robur atque auxilium contra venturos impetus imploramus. Cum enim, ut inquit Sophocles in Aiace, οὐκ αὐτὸς αἰεὶ δαιμόνων παραστέει, cumque fortuna iam saeculi nostri sit velut in perigeo, atque ima totius circuli parte, ad quam sic repente delapsi sumus; quanam porro expectanda mutatio est, nisi paulatim ascensu quodam & transitu in sublime, versus ab sidem scilicet vel augem circulo superiorem. vnde decidimus? nisi nostro vitio contra vocatis luminis ductum tanquam errores retrogradi in posteriora vertamur. Recte philosophi inter extremos status fortunam censent afflictissimam meliorem, quod satius sit ascendere quam descendere, quod summè prosperis suis sit morte atrocior metus, summè angustis nunquam spes sua vel consolatio desit omni voluptate suauior: neque quicquam magis concussos animos consolatur, vel nimium sublatos temperat, quam illa de vicissitudine humanarum rerum, assidua cogitatio, iuxta illud

Euripi-

Qualis cuique  
fortuna muta-  
tio porten-  
datur pro-  
gnosis gene-  
ralis.

Euripidis, κλειὸν δὲ νικητῆς, ὁ δὲ νικῆσας ἀποβόλεται: id est flet victor, victi occubuerunt.

At hac pro statu Galliae, pro Belgicae regionis tempestate incomparabili, fortassis non vsque adeo absurda, aut inepta protulimus. Nunc quia spectare latius visum est hydus hoc nouum, ad omnem scilicet rempublicam Christianam, diuinarum pariter ac humanarum legum vinculis comprehensam, videtur sanè & eius diuinitas siue portenti species altera quaedam, sed multò augustior, explicanda, saluo interim meliorem iudicio, salua auctoritate Ecclesiae, quam cunctis humanis discursibus, toto hoc rationum labyrintho duximus praferendam. Aduertas itaque, primum tot ante notatas colorum differentias, quae partim in vna lucis specie visa sunt temperari, partim successione consequi, iuxta distantiam siue recessus, accessusque, varietatem. Caput autem ex ruffo paulatim in fuluum & aureum permutari, donec ad summam magnitudinem peruenisset, hinc rursus ex flauo argenteus, ac postremo ceu penitus elanguescens pallidior terris illuxit. Nihil nefas esse putarem effectus planè metaphysicos, vel naturalibus causis vel mathematicis alligare, non alienum ab ratione duxissem ex tota primum mistura diuersorum luminum inter se, portendi statum quoque fortunae ac reip. Christianae permixtum primum & perturbatum oppidò, duobus extremorum generibus, seu contrariarum partium studiis diuersissimis diu multumque inter se luctantibus, donec tandem ad aequabilitatem mutuam redigantur. Vnde si apparentis luminis vicissitudinem spectes, ex tam cruento venturum aliquando sit aureum saeculum: vbi scilicet haec summa perturbatio in suo vigore constiterit. Sed ut cuncta celerrimè prona sunt in deterius, fortunamque meliorem in lubrico tenet, illa quoque atatum vicissitudo volubilis expectanda est: quae cum ab orbe condito saepius circumacta

Præagiū al-  
terū de tota  
repub. Chri-  
stiana.

Ex luminum  
colorumque  
vicissitudine.

Hæc latius  
author non tã  
præagiūdi stu-  
dio quãvt fu-  
perioris libri  
methodū ge-  
neralè hocve  
luc exemplo  
vniuersiore cõ-  
sumet.

cumacta est, tum vero circa supremum cardinem mundi, iuxta opinionem vero simillimam imprimis & subita & grandi agitatione voluetur. dum fide & charitate inter mortales extincta penitus, extremoque circulo reuoluta, mundo fatalem summam imponat Deus: quo tempore certum est ea ventura insuper qua Christus inter prodigia sui vaticinij loco posteriore commemorat.

Ex figura & notulis hieroglyphicis.


Verum ex vna specie lucis colorumque mutatione, obscura praesagiorum ratio est, ac difficilis coniectura. Maius quiddam in figura aut similitudine diximus collocandum, si quis stellam praesentem cōparet tum ad vicinas illustriores iuxta descriptionem superius datam, tum vero ad cardines mundi, ad puncta praecipua caeli  $\gamma$  &  $\alpha$ , colorum circuli & Galaxiam. Toto enim sua duratione tempore suū eundem atque imaginē ex analogia perpetua nobis expressit.

1. Quod si enim gladij alicuius effigiem voles, stella noua in capulo versus Boream & polos mundi, acies ipsa ceu caput Castopae versus austrum posita circumagetur, transuersum temonem duae lucidiores nouo syderi propiores efformant.

2. Fortassis & arcus cū extenta sagitta poterit designari, iuxta vaticinium Davidis, Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant a facie arcus tui. Hunc locum interpretatur Augustinus in Psalmum 59.

3. Sim, quod potius reor, crucis ideam pictam diuinitus cōtemplere: antea quidem vnius T. literae Graecae, ac Romanae similitudo in stellis Castopae poterat annotari, nunc autem accessit & illius apex ceu Christi affixi verticē, seu potius ritulū triumphalē superimpositū capiti representet. Habet & alias stellas in singulis clauis, hoc est in iis partibus corporis crucifixi quae grauiora vulnera pro nostris sceleribus exceperunt.


Iam



Alia figura Hieroglyphicae syderis noui.

Iam





Aliud confy-  
deratione di-  
gnissimum.

OV orbis  
totius præci-  
pui punctū.

Iam caput assidue versus boream, manus ad ortū atq; occasum sunt exporrecta, crura pedesq; in austrū, ac medium orbis totius cingulum extenduntur. Interim tota figura crucis exactè intra Galaxia, vel via lactea, limbum vtrumq; australiorem scilicet & borealem, ceu propria quadam area, ac sicuti insignibus circūscripta est. Circulus autem qui per polos, & stellam incedit, vtrumq; complectitur æquinoctium, sed propius vernum. Quis verò nescit hoc puncto veteres mundi totius auspiciū, ac prima cunabula designasse; ceu patet ex verbis poëtae Georg. 2.

Non alios prima crescentis origine mundi  
Illuxisse dies, aliumvis habuisse tenorem  
Crediderim, ver illud erat, & c.

Vnde

Vnde & annorum circuitū bis primūm carceribus astro-  
nomi deduxerunt. Quod mutationes maxime fiant, Sole  
ingrediente principium Arietis, vel æquinoctium vernum,  
sub 11. Martij. quodq; eodem tempore, quæ penè marcue-  
rant omnia repubescant; qui prius latebant in clausi vis-  
ceribus humores, ac spiritus vniuersi, nunc agitentur am-  
plius, ac velut à centro ad exteriorem circumferentiã cor-  
poris effundantur, vnaq; cum ipsis partes singula mundi  
maioris atq; minoris vultus assumat novos, & ceu senecta  
posita in iuuentutem floridam rursus exurgant: cõtrã quã  
Sole Libram ingrediente, rerum natura procedit, quo signo  
primūm apparuit terribilis ille cometes anni 1556. cū stel-  
la hac obtinens ingētem ἀντιπρωτοστέλ. Ista quoque doctri-  
na Hippocratica imprimis sunt cõsentanea, qui cauet ma-  
ximè, ne qua validior humani corporis vel additio, vel sub-  
tractio, vel alia cuiuscumque generis concussio fiat, donec  
diebus elapsis aliquot, ante & post æquinoctium, ambientis  
cali inæqualis fluctuatio conquirit. Vtinam verò & reipub-  
blica curatores eius præcepti dignitatem paulò attentius  
suo cum animo voluant. Verissimè quidem summis morbis  
extrema deberi remedia dixit Hipp. sed non vt vulgo pu-  
tant. Græcè etenim non ἐξάτας simpliciter curationes vo-  
luit adhiberi, ἀλλὰ τὰς ἐξάτας διαπραγμάτεις ἐπιπέσειν: id  
est curandi formulam maxime exquisitã, in qua nimirum  
sit accuratissima ratio totius ἐνδελθεῖος: cui oporteat, quã-  
do, quantum, quale, & c. vti seipsum explicans latius alibi  
demonstrauit. Quare si in vigore maxime quiescendum, si  
commota nimium mouere amplius summè periculosum,  
quis dubitat in tanto rerum cardine moderationis extre-  
mæ & sapientiæ vsum esse pulcherrimum? hanc autem in  
extremorum omnium contemperatiõne paulatim facta,  
in q; virtutū concentu quopi. im, aut æquabilitate spectari.

At qui

Annorū in-  
tium.

Æquinoctij  
vites  
Veris.

Autumnū.

Curantē ref-  
pub viuis cha-  
racter in vna  
humani cor-  
poris medici-  
na delitecēs.

Circulus per Libram atque Arietem iustitiae & religio- nis statum iuxta antiquorum pla- cica & mysti- cam similitu- dinem com- prehendi.

Signum filij hominis.

Ordo signorum antenouissimi- mum diem.

Distinguitur planius signa critica ab en- deicticis.

Quo genere signorum hoc phenomeno recens con- neatur.

Atqui cum circulus ille per initia  $\gamma$  &  $\alpha$  ac postea  $\nu$  &  $\rho$  progressus dextram cali partem à sinistra dirimat, non minus quam aequator superius hemisphaerium ab inferiori, at leges tum humana tum diuina rectum ab obliquo, errorum tenebras à veritatis atque iustitiae luce distinguunt: credibile & illud apparet, nouum hoc phenomenon totum spectare ad axim & cardines mundi, cum quibus seruaui immotam hactenus, atque exactissimam symmetriam.

Confer nunc adeo quo Christus de suo aduentu prodidit, Matt. h. 24. praesertim cum ait videbitis signum filij hominis in celo. Non quod velim exactè illud ipsum nunc esse, sed illius signi certioris ante aduentum Domini arcanam quandam imaginem, eius loci atque ordinis forsitan quem in imperatoris pompis caduceatores atque lychnuchi ante Tribunos & Satrapas semper obseruant: Nam si vero simile est Christum venturi finis praesagia, prout se inuicem consequentur, interrupta serie protulisse, multa profecto, eademque horrenda maxime signum illud nouissimum antecedent, vt ex contextu omnium liquet. Quod si etià in morbis acutis dies quosdam indicatorios seu verè criticos appellarit Hipp. quibus nimirum mutationes subitae siant ad peius aut melius, salutem aut interitum agrotantis: alios verò istorum indices, certo numerorum ordine praecedentes, qui solum ostendant quales futuri sint critici dies, saepe & criseos imperfecta quaedam rudimenta producant. (sic enim quartus dies index est septimi, vnde decimus decimiquarti) quid vetat porro consimilem esse tum temporum, tum signorum seriem ante  $\tau$   $\nu$   $\rho$   $\sigma$   $\mu$   $\lambda$   $\kappa$   $\iota$   $\hbar$   $\gamma$   $\beta$   $\alpha$ , vt nimirum illud signum filij hominis, de quo Christus loquitur, expressum, euidens, absque Hieroglyphicis inuolucris, palam se omnibus manifestet: ac statim antequam eius diei tremendo iudicio attoniti, reges, & populi colla submittant: istuc verò

verò sit alterum tempore prius, atque obscurius paulo imminentis propediem iudicij typum, fore & venturi iudicis locum arcano mysterio representans: quare etiam illius non tam criticum signum, quam futurae criseos endeicticum, demonstratum, aut contemplabile poterit appellari. Iam & illud naturae primitus comparatum est, omnes & causas atque effectus proximioris loci, praecedentis, procatarctici, in quodam circulum necti. Quare & signorum eadem ratio est, quippe quae semper ab ipso causarum atque effectuum genere protrahuntur. Id in caelesti vertigine imprimitur li- quet: dum alter congressus alteri vires conferit, subiectaque materiem varia successione simul disponit, simul & plurimarum rerum vicissitudines in sublimari hac regione praesignat. Vt etiam in causis, signumque mutationis tam publica, quam priuata: nec non quibusque humanorum corporum affectionibus manifestum est. Quod autem de signo venturi iudicis amplius suspicarer, multum me nuper excerpta discursus totius capita commouere, vt vel incedens acrius ab imis visceribus exhorrescam. Nam si praecipuas notas in summam colligas: Primum iudicium est crucis idea perfecta, quam  $\tau$   $\nu$   $\rho$   $\sigma$   $\mu$   $\lambda$   $\kappa$   $\iota$   $\hbar$   $\gamma$   $\beta$   $\alpha$  iure optimo sacri interpretes nominarunt. Alterum, quod de illius ortu & fine, imò de tota essentia nihil exactè potuit deprehendi, sed potius quid non sit demonstrari, quam quod verè extiterit, quod summè diuini proprium est. Tertium est, quod cardines mundi contineat, capite & plantis Austrum ac Boream versus, manibus verò ad Eurum & Zephyrum exporrectis, ac tribunali cuspida vel arcui illustriori totius aetheris insidere videatur. Adde his triplicem motum cum verbi diuini maiestate optimè congruentem, quo & in terris descendit misera generis nostri, ascendit rursus trophaum ex hoste deuicto referens, atque ante omnia pleno circuitu mundi

Methodus generalis in examinandis & parandisque mutuo rebus titub nomine signi atque signatae rei, vt causet atque effectus.

Praesagii superioris multiplex ratio.

1.

2.

3.

4.

k

mundi

5. mundi speciem condidit vniuersam. Postremo seu crucem  
 6. intelligas, caput est Christus: seu gladium verbi diuini, cuius in Apoc. aliisq; pluribus locis facta est mentio, idem ens  
 7. sis capulum noua luce irradiat: seu denique ex nominum  
 & figurarum impositione antiqua (quam cuncti Platonicæ  
 certis impulsibus sanctam, & rebus consentaneam volue-  
 runt) sedem Castoræ cum Ecclesia compares, (ipsa etenim  
 tot prolium mater florenti palma in solio residens, captiuâ  
 Andromedam filiam, monstroq; marino expositam, & ad-  
 uentanti liberatore Persea iam dudum lacrimabundis ocu-  
 lis intuetur) Christus in basi sedis, imò in præcipuo totius  
 angulo collocatur, iuxta propheta verbum: Lapis quæ repro-  
 bauerunt adificantes, hic factus est in caput anguli. Feli-  
 ces nimium, qui rerum aduerso turbine sese in eundem la-  
 pidem inclinarint: contra heu dira perniciës illis, in quos  
 saxum ex alto ceu ruina præcipiti deuolutum, non so-  
 lum carnes & spiritus, sed & nervos, venas, atque ossa  
 collidet.

Epiphonema.  
 Qualis demum  
 esse debeat no-  
 stri prælagij  
 modus.

An Deus hoc simbolo crucem sit grauiorem impositu-  
 rus humeris nostris, an nuper impositam propediem abla-  
 turus, nemo est quis promptè discernat. vult enim admoni-  
 tam, sed tamen ambiguam esse mortaliū mentem: ac soli  
 nos ipsos circa particularia æterna prouidentia cuncta cõ-  
 cedere, quam minimè dubium est, velut exercitatisimum  
 patrem familiars, sua consilia instituturam (vt hæcenus) ad  
 salutem, ac bonum generis vniuersi. Videtur tamen ita no-  
 biscum loqui, Ecce ego tropheum vobis erexi ante ora pul-  
 cherrimum, durate, & vosmet rebus seruate secundis. cer-  
 tate strenuè in nomine meo: qui perseuerauerit vsque in  
 finem, hic saluus erit, huic splendor ille eximius æterna lucis  
 pro diademate consignatur.

Motus hoc signo dux illustris. cum Neomagi propter  
 obsidio-

Prælagij for-  
 mula lingua  
 laris.

obsidionem Harlemensem versaretur, magno studio docto-  
 rum hominum audire sententias expetebat. Fortè iū no-  
 stri facta est mentio, atque hinc rogatus admodum vt quæ  
 viderentur paucis exponerem: primum subtraxi me huic  
 negotio scabroso & perdifficili, scribens neque id esse pro-  
 fessionis meæ, quam adolescens olim duntaxat exercuissem  
 animi causa, nec huius artis rationem circa particularia  
 firmam aut solidam apparere: nec tutum denique principes  
 viros in spem metumue conytere, qui (tanquam potentissi-  
 mi orbis totius monarchæ) sæpe ab instituto recto trans-  
 uosum animum ferant. Verum vbi secundo rogasset, ple-  
 risq; respondens vt negare vel durum, vel inciuile penitus  
 putaretur, respondi breuiter, summum totius & Christiana  
 reipub. & religionis cardinem impendere, idq; nõ tan-  
 certum esse prodigiis manifestis, aut stellatum indicis, qui-  
 bus nil ferè lubricis datū est; sed viuo potius oraculo Chri-  
 sti, qui & Ecclesiam suam prædixit afflictione grauisimâ  
 supremis temporibus agitandam, quæ tamen tandem pro-  
 tritis hostibus vñdecumque sit letam victoriam relatura.  
 Quod autem particulatius ad regionis Belgicæ statum, ni-  
 hil me certum, neque exploratum argumentis solidis in-  
 uenisse. Fortassis Deum verberando fessum, nostri, qui va-  
 pulando defecimus, nunc demum exauditæ precibus, mise-  
 reri: vt semel à summa iustitiæ seueritate, sinum clementiæ  
 nobis aperiat: cum hæc virtutes, ceu sorores geminæ, se nun-  
 quam seiungi diu amplexu mutuo patiãtur. Postremo ve-  
 rus esse oraculum, ne à celestibus signis nimium consterna-  
 mur, sed generali quadam prænotione contenti, diuinæ pro-  
 uidentia cætera committamus: quod nunquã hæc vna de-  
 stituat illos qui pro Deo, & cum ipso Deo arma suscipiunt,  
 iuxta illud diuinum Sophoclis dictum in Aiace, βαλὼν κρη-  
 τῆν μὲν, σὺ δὲ θεῶν δ' αἰεὶ κρατεῖν, id est, conare vincas, au-  
 k. 2 spicè

spice at semper Deo. quod non dissentit admodum à voce Davidica, Castrametatur angelus Dei in circuitu timentium eum. Nos ad figuram syderis propius alludentes, ita cecinimus:

Dux homini noua lux cali ad fastigia, crux est,

Vincet qui sub luce, Deo duce, pro cruce pugnat.

Poteram multa deinceps tum ex prophantis, tum sacræ authoribus, vt Danielis, Esdræ, ac diui Ioh. Apparitione in meam sententiam detorqueere, nisi nimis theologum vel vatem quempiam viderer supra fas agere voluisse. sed hæc suffecerint, infinitam alioqui de consimilibus cogitandi materiam prabitura. Vatem atque alterum lubens adiecerim, quod è vetustis vaticiniis promptum huic miraculo accurratissimè correspondet: Primum est illud psalmi 97. Dominus regnauit, exultet terra, latentur insula multa, nubes & caligo in circuitu eius, iustitia & iudicium habitaculum throni eius. Ignis ante ipsum procedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius, &c. quæ deinceps continuato ordine comitantur.

Oraculū Pſal-  
mographi.

Oraculum Si-  
byllinum.

Nunc aliud quoque in mentem venit, Vti priorem aduentum Domini stella præcessit, nulli meteorum alteri comparanda, similem profectò quampiam ante secundum apparituram probabile fuit. Atque vt illam certo præsagio dudum prædixerat Balaam, homo & improbus atque à religione fidelium peregrinus; (oriatur inquit stella ex Iacob) ita & hanc videmus à gètilitã vate depictã suis characteristicis notis, vt planè eandem esse cum ea quã modò conspeximus, nemo lubenter inficias eat. Cùm enim in aures omnium fama tam noui syderis peruenisset, istuc antiquum oraculum Sibyllinum diu neglectum in lucem è tenebris rursus emerfit: quod sanè tum propter orationis heroicã gratitatem, tum rerum cõsonantiam admirabilem, prætermit-

tendum

rendum minime sum arbitratus. Quamuis enim propter afflatus demonum, apud plerosq; suspecta fuerint semper vaticinia Sibyllarum; verã tamè pronuntiasse de rebus diuinis vel impellente spiritu Dei, tum ex oraculis edãtis, tum sacrorum interpretum attestatione certissimum est. Plura de his in D. Aug. & Lactantio leges. Titulus seu prima inscriptio hæc fuit.

Sibyllarū ora-  
cula cuiusmō-  
di.

Prophetia T. Sybillæ ol. Iviij.  
an munne.

Videtur Sibylla Tyburtina in fronte signari, quæ vixerit olymp. Iviij. de reliquis notis quid statuam, planè ignoro. Est autem prædicitio talis.

Orietur sydous in Europa soupra Yberos ad magnam Septentrionis domū, cuius radij orbem terrarum ex improuiso illoustrabūt. Hoc verò erit tẽpore defyderatissimo, quo mortaleis positæ armeis pacem onanimeis cõplectantor. Certabitur quidem varieis per diuotourni interregni occasionem studiis, coi imperij habenæ tradantor. Sed vincet tandem auiti sanguinis propago, quæ eoufque armorum vi progredietur, donec fata cõtraria factis obstiterint. Nam eodem ferè tempore hoc demerfo sydere, coeuū quoddam eiouis loumen longè ardentioribus Mauortis ignibus exardescens, Antipodum finibus occludet imperium. At prius houic foumittet ceruices Gallia. Ad eiouis genoua souplex adnabit classibus Britannia: Italia ægrè ad ardua scepra respirans olli languentem protendet dexteram. Verum hocce ioubar ante diem ingenti mortaliū defyderio se diuim nouibibus condet. Quo extincto post deiras & sanguinolentas cometas, igniuomafque cali faceis, nihil amplius toutum.

portum salutaré erit. Osque animantibus cæli  
firmamentum pugnantibusque planetæis, & cõtra-  
riis corribus labefactabor: concurrent orbibus  
orbis, fixæ cursu anteuertent erraticas, æquabûr  
æquora montes: Hæc omnia denique erûnt nox, in-  
teritus, rouina, dampnatio, ac æternæ tenebræ.

Ad calcem hæc adiecta inuenimus.

G. S. G.

Inuentum est hoc scriptum in marmore vetustissimo,  
Latinis characteribus antiquo more exaratis & sculptis.  
Quod marmor inuentum est apud Heluetios in Tauri mõi-  
tibus visceribus, qui 3. cal. Martij aquarum vi. & niuiũ ac-  
cursu corruens miserabilem in proximis edidit stragem,  
anno M. CCCC. XX. ac nuper R. Dominus Cardinalis  
Sedunensis Aug. principi Carolo Hispaniarum regi Ca-  
tholico, electo Imperatori semper Augusto, traductum hoc  
ex marmore transmisit. Deinde idem Augustus Dominus  
ad Pontificem Max. illud idem traductum misit. Pontifex  
Max. conuocauit vrbiũ Roma astrologos ac philosophos, qui  
in imperatorem Carolum vaticinium illud esse asseruerunt.  
Exemplar istius antiquum ac penitus obsoletum venit in  
manus nostras beneficio matrone viduæ ac lautæ a parte pro-  
gnatæ, quæ quondam nupta iuriconsulto, & apprime ver-  
sata in literis Latinis ac philosophicis, idẽ ex viri monumẽ-  
tis in lucem extulit, & cum præsentis sydere primũ non  
vana prorsus aut inani similitudine comparauit. Impres-  
sum legimus Antwerpia in moribus fœneratoriis, sub in-  
signi Aquilæ aut 4. Euang. Typographo Ioh. Dousborch, cũ  
gratia & privilegio: sed huius subiunxerat translatum non  
ita feliciter in Teutonicam linguam. Næc muldũ post huius  
exemplar aliud exactissimẽ correspondens ab Italia mis-  
sum fuit. Partem quoque oraculi citatam reperi in laudem

Impe-

Imperatoris Caroli à quondam Francisco monacho ordinis  
Franciscani, libello De situ orbis. us enim assentãdi studio di-  
ctum illud applicuit, (Antipodum finibus occludet  
imperium, at prius submittet ceruices Gallia, &c.  
quæ deinceps ad vsque ortum alterius syderis consequun-  
tur) Sed cum prius tanta expectatione cessisset humanis  
Carolus, reiectum hoc vaticinium, ac blattis, rineisque  
consumptum ab antiqua memoria propemodum exoleuit.  
Ita nullum in rebus mysterium vulgus æstimat, nisi sensus  
anticipet fidem, & illa quæ portendantur plana in specie,  
atque euestigio cõsequantur: vt in prædicatione Noach ante  
diluuium, & prophetarum omnium ante salutis exortum  
certis exemplis perspicuum fuit.

Næc est quod quisquam in eruendis singularum vocum  
indiciis anxie se fatiget. Scio enim ambigua multa & per-  
obscura, quibus fortẽ nec O Edipus ipse sufficiat, est tamẽ si-  
non exacta scientiæ ratio, artificiosa quæpiam coniectura.

Valde hoc enigmaticum, quod supra Iberos dixerit, &  
tamen ad magnam Septentrionis domum, quis scit an lo-  
cum vtraque præpositio, an potius analogiam latenter in-  
sinuet.

Hic velim Scotorum historiam consulas à prima gentis  
origine doctissimẽ scriptam authore Hectore Boethio: ex-  
cusam typis Ascensianis per Iudocum Badium: vbi cõme-  
morat duos Gabelo fuisse filios, ex Scota cõiuge susceptos,  
Hyberum atque Himerum. Hyberos tunc Hispania gentẽ  
cum Scotis vnã propẽ terrarum partiẽ, sed disparatis ani-  
mis, alternatiq; disidiis occupasse, inde translatos aliquot  
Scotos à Brigantia in Albionis partiẽ, atque ad sinum Dan-  
dalicum peruenisse, præfecto classis Hybero, qui postea in  
Hispania defuncto patre reuertitur, rerũque potius im-  
perium Scoticum prolatauit, atque ex ambobus relictis po-

k 4

pulsa

Inuentio Si-  
byllini ora-  
culi.

Inepta vulgi  
iudicia in in-  
terpretandis  
oraculis.

Amphibolo-  
gia varia in  
oraculo Si-  
byllino.

1.

pulis unum fecit. Interea per Hyberum Aboriginum genti praefectus Himerus frater, civitates ac iura condidit, acceptique beneficii memor à fratre Hybernos voluit appellari.

2. Quin illud tempus desideratissimum quo mortales, &c. sic fortè intelligi debet: tempus quo desideretur maximè, ut mortales positis armis pacè unimes amplectantur. Nam alioqui frustra subiecerit: certabitur quidè variis studiis, &c.

3. Sed nunquid & anceps vocabulum interregni? aut quis desinet cur potius de habenis ac gubernatione imperij, quàm de imperio simpliciter dixit?

4. Latet etiam aequivoçatio in quiti sanguinis innolucro, prout vel ad imperiū ipsum, vel ad gubernationis officium diuersa relatio fiat.

5. Videtur mox alterū sylus vaticinari, quod hoc demersa sit oriturum, sed interstitij tempus non aperuit, uti nec in caeteris. Victoris potentiam verba quae sunt deinceps in loquitans, ineffabile fore portèdunt. Sed & Antipodum nomen hic mihi suspectum: non tam eos forsità sonat qui nobis obuersis pedibus ambulent, quàm aut religionis speciè, aut vitæ diuersissimam consuetudinem, antipathiam generis atque animorum hactenus tenuerūt. Nescio an rectius Turcas, Iudaos, Africanos, an aliam nationè barbariorem his omnibus repraesentet.

7. Qua deinceps filo continuo profert, vaticinio Christi non multum distare crediderim, nisi & hac virtutum caelestium summa disfidia, concursus orbium, naturarum inuersas vicissitudines in elementis, vndiq; in allegoria speciè aut metaphorè trahi malis: quod tamen Christum non voluisse vero similis puto, qui res futuras incertas maximè, per certa & sensibus manifesta praesagia voluit praesumere. quod

quod ea similitudo confirmat à ficus arbore derivata.

Eant nunc, eant pleriq; peruersi contra quàm veri fons ille clarissimus vocat, aduersum studia atque obseruationes eiusmodi pergant nunc palam furere, debacchari, clament esse indignas homine Christiano, superstitiosas, illicitas: quòd hac diuina spectacula pro somniis atq; commētis anilibus ducant, consuetis ad arbitrium hominis, quae nihil utilitatis, aut parum, vanitatis plurimum in se contineant: quae fundamentum auguriorum, aruspicina, idolatria sapiant, animosq; ad spem vel metum inanem à recta religione abducant. Si tanta est horum vanitas, ac pernicietas, cur eadem Christus aeterna patris sapientia voluit obseruari? cur genus mortale edocuit? cur terris ostendit? Certum est istic fecisse, quod optimi quique tum duces, tum imperatores solent, quorum providentia circa res bellicas, expeditio- nes, excubias, stratagemata, obsidiones atque cōsiliis imprimis tessera militari, certisq; nunc emissarijs equitum, nunc indicij vexilli, tubae, aut tympanorum, vel dispersos colligunt, vel pugnaturos admonent, vel in acie firment ac dirigunt, vel tempestiue receptui canunt. Verùm hisce calumniatoribus tam in praefatione apologetica, tū lectis pluribus, vbi iusta excinit occasio, satis superq; me respondisse confido. Nam quibus iudicij vis sana & perspicax, tanta periphrasi atque argumentorū mole opus non fuit: at quibus fuliginosa ratio est, aut prauis affectibus compedita, his nullus tam canorus Orpheus, neque tam facundus Gorgias dari possit, quin ad semel concepta sententia modum ac defensionem cuncta detorqueant. Nec vllam aliud fundamentum recte cōstituas atrocis huius diuortij inter Ecclesiaeembra, tatarumq; haeseon quae populantur orbē nunc vniuersum, quàm praesumptionem temerariam, quae ne suū quidem sensibus vbi opus est maximè fidem habet,

Modestā praesagiedi rationem ex diuinis spectaculis Christi doctrinae cōsentaneam esse.

Finis prodigiorum per fitiilitudinem explicatur.

In Sophistas contumaces.

Dissensionis in Ecclesia Christi seminatū primū.

nisi ex ratione praiudicata sententia comprobabit. Nullum contra purioris vaticinij fulcrum, quam si altissimis verum, inuestigandarum machinis aut adificiis, basis profunda in ipsa submissione pectoris, in vno Ecclesie antiquioris obsequio collocetur. et si hoc durū maximè duriora ingenia reformident. Nam putent istis antiqua plurimum, maluntque ex estimatione commenti sui nouum doctrinae nomen imponere, vt olim Stoici, Academici, atque Epicuri de grege porci. Sed cum semel ocepimus, liceat rigidas mordaci radere vero auriculas. Illud nunc amplius addo, dū circa quaestiones grauissimas eiusmodi cerebella quicquā videri praeteris student, demonstrant sese pro stupidis palā, qui scilicet putent nihil Deo possibile, nisi quod ratio capit et assu impuri sensibus alligata. Nullam esse intellectus agentis aliam facultatem, quam qua à corpore sit oriunda, & in discursus corporeos reuoluta, eiusdem angustis terminetur. Quare hi sibi metipsis diuinitatē auferunt animorum, que supra materiae vires infinita extensione in Deū ipsum aeternorum compos fieri debet: nō extenditur autem nisi à sensus caligine repurgetur, positoque superbia velo captiuam subijciant intellectui rationem, inque vnitatem fidelium antiquissimam referantur. Videas tamen contra in rebus incorporeis cuncta concipere ex ratione, & quodam corporeo modo: rursus verò in diuinis spectaculis atque praesagiis ne quidem oculos dignantur attollere. Imò & insanire praesese ceteros putant. Nimirum vt Persius ait:

Ostipo capite figentes lumine terram,  
Murmura dum secum & rabiosa silentia rodunt,  
Atque ex porrecto trutinantur cuncta labello,  
Aegroti veteris meditantur somnia: gigni  
De nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.  
Hoc est cur pallent, cur quis non prandeat hoc est.

Porro

Porro hac tam iucunda contemplatio phosphori noui in nocte plusquam Cymmeria, diuinae lucis, providentiae maiestatis character expressus & euidentis, tanta raritatis & pulchritudinis, vt in omni deinceps venturo saeculo praesignis alius stuporem admirabilem, imò & credendi summam difficultatem sit allatura, sic hodie peragrat animum meum, sic mentem sensusque pertractat, vt quo penitus cuncta comparem atque examine, minus iam minusque auelli queam, quin propè in singularia ferrer, nisi me dictum sapientis ceu freno immisso validius retineret, Sap. 9. egre scilicet estimari quae sunt in terris, & quae in prospectu sunt inueniri cum labore. Quae autem in calo sunt, quis inuestigabit: aut sensum tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam Deus, & spiritum tuum miseris ex altissimis? Est enim hac speciosior Sole, (vt refert cap. 7.) & super omnem dispositionem stellarum comparata luci, hac tamen prior inuenitur: nimirum vti exemplar suae imagine. Monet quoque nos Vrieli angelus vox apud Esdras, lib. 4. cap. 4. Tu quae tua sunt tecum coalescentia non potes cognoscere, & quo pacto vas tuum capere poterit viam altissimi, ac iam externis corrupto saeculo intelligere corruptionem euidentem in facie mea? ac paulo post: Quemadmodum sylua data est terra, & mare fluctibus suis: sic qui supra terram inhabitant, quae sunt supra terram intelligere solummodo possunt, & qui supra calos, ea quoque quae supra calorum altitudinē sunt constituta: quod etiam festiuo prius apologo, nimirum inter syluas & maria exorto certamine demonstrauit. Quapropter finem modūque praesagij certum à mente communi sola, ab vna sacrosancta Ecclesia deinceps cum silentio & timore spectabimus, illa etiam quae toto hoc opere dicta sunt generatim illius censurae atque arbitrio commissuri: nihil ra-

Quā modestè  
sit nobis semper  
de diuinis  
spectaculis  
sentendum.

sum in

Contra eos qui  
mundi curri-  
culū vniuersum  
humanis  
discursibus  
alligarunt.

tum in omnibus, nihil ex auro solido quod non ad unum hunc lapidem Lydium, vel Heracleum autè sit exploratum.

De plarisque memorabilibus quæ terræ Belgicæ, ac finitimis locis post apparitionem noui syderis contigere: vnà cum præfatio temporum futurorum, iuxta ideam maxumè generalem.

## CAPVT IIII.

Tragica præfentis sæculi delineatio.

**I**am mare, tellus, & æther infanda mortalium strage, totiesq; in cassam effuso sanguine rubeſcebāt: iam cætus hominum atq; diuorum suspensi secum mutationis tempora numerabant: ipsa quin animalia bruta dedit misera generis nostri, nescio quæ præter solitum tristioris aspectus, & vocis indicia dabant.

Sequit enim in lucem Stygijs emissa tenebris.

Pallida Tyſphone: morbos agit andè metumq;.

Inq; dies audium surgens caput altius effert.

Balatu pecorum, & crebris mugitibus amnes,

Ardentesq; sonant ripæ, collesq; supini.

Cùm mox ab huius exortu lucis insolita, & syderis admirandi rebus afflictis vndiq; presentissimum numè, ac velut expressum humanis oculis videretur: Feraebat æſtibus bellis, ac tumultibus intestinis Francia, rex ciuitatè Rossellā obsidet terra mariq; , per autumnū, atq; hyemem vniuersam: rigantur agri virorum nobilitū cade promiscua. Aegrè discerpta viscera redire in integrā posse sperabāt. Dū enim in tanta dissentientū infinitudine, eodē tamē prætextu religionis atq; iustitiæ, suā quisq; partē pertinacissimè tenet, nec alter alteri in vnā temp. sociato, vllis existimat se inrisurū ad vinculis alligari, profecto illud efficitur, vt hæc tragediarū iliades tandè excreſcant in motu cōfusa speciem sempiternam, absq; curationis aliqua in posterū spe: quam

Iurifurandi  
sidesatque re-  
ligionis inte-  
gritas, duo  
vincula pacis.

quæ que vires humanas atq; cœſilia superat, facillima sine omnipotenti Deo, qui mundū hūc longe pulcherrimū ex rudi materie, imò hanc prius ex nihilo cōformauit. Mense Nouēbri 1572. capta Zuytphania per Albanum ducē, nec nō Nardensī oppidulo, aliūq; vicinis locis in potestātē regiam restituitis, saeuus armorū seruos incanduit, iā tota Hollandia in desperationem regalis clementia propè cōiecta. Inter enim tot ciuitates fretū suis virtutibus Amsterdamum, aduersus cōterminas vrbes iactā semel fortuna aleā per mille clades atq; pericula torſit: vti in Wallachia tractu nunquā satis laudatū cōstantia nomine Middelburgum. Capta est obsidio Harlemēsis circa finē Nou. conflictus acerrimi statim in limine, qui quales extiterint, singulatim atque expresso melius ab huius ætatis & loci historiographis poterit exarari. Multis in ore iā versabatur, apparitionē syderis noui eo spectare, vt finē huius certaminis occulto mysterio designaret. Nos istac inepta vulgi iudicia nō itā opposita ratione, quā visu excipienda putauimus: quod (vri dictum est supra) portentū tā magnificū, neq; ad vnā hęc regionē neq; ad presentis duntaxat sæculi statū, neq; ad vulgare speciem, aut simplicē, aut repentinā vllius mutationis attineat. Mirabar tamē subinde analogiā insigniū, quibus hoc oppidum Harlemēse donatum antiquitus serunt, 4. stellis nimirū in quadrati orthogoni forma dispositis, adiecto crucis, & gladij monimēto. Quod si hæc cū figura totius syderis coaptentur, scutū videbis ceu via lactea circū septū, sic tamē vt crucis aut gladij figura perſet erecta, reliquarū stellarū positio quadrata ex angulis reſtis in rhōbū obliquata, ac velut iā iam casura paululū inclinetur. Sed horū consideratio pura est vanitas, quāquā cōquiri eiusmodi quæstidiosissimè solet ab his qui sese artifices doctrina caballistica proficitur.

Turbatū progressus in Belgico tractu longè sauitissimus.

Figuræ si-  
perſtitioſa cō-  
lyderatio.

Nondū vero in ciuitatem Louanienſem manus extensa

Domi-



Domini cōquieuerat: verū vt sūi erga nos amoris, & benignitatis magnitudinem inter aduersa fortuna grauissimos æstus ostenderet palam, præter afflictiones antea memoratas, iam quarto cum non exigua clade nos maximus terror affecit. Neque verò ingens illius diluuij vis à prodigiorum numero debuit exulare, verū & pro miraculo ducit: non ided quod incognita ratio, sed in sperata venerit salus in summo rerum discrimine cōstitutis. Aucta erant hybernis niuibus vicini fluminis ripa, ac degelatione facta post gelu diuturnum longè acerrimum mensis Decembris, sic repente intumuit vnda 8. Ian. die, anni 1573. vt neq; traduci primo laxatus ostiis, ac solita regione potuerit, neque deinceps murorum obijcibus villis, oppositisue repagulis coerceri, quin omnem industriam & consilium anteuertens; supra mœnium pinnas excreuerit, tãdemq; hora ante merid. decima, perruptis aggeribus stragem latissimam dedit; ita repente inuoluens medium ciuitatis, vt casas humiles & cariosas; etiam plerasq; firmiores obiectas vortici violenter erueret. Quibus præter labenti flumini sedes proxima fuit, his ferè ad 12. cubitorum altitudinē demersa adificia vix rapidi fluctus aduersos impetus sustinebant. Omnes passim pauidi vsque ad suprema tectorum fastigia properare, muros perfodere, tabulata perfringere, scalas, celoces, atque carinas ardentè exposcere, toto celo confertim audiri gemitus, quiritatus, adificiorum ruitantium fragor, horrendo murmure ab virisq; sexus atque ætatis hominibus in vnã tragicam vocem & luctuosam speciem vndecumq; confusis, videre fuit hic terris atulgas arbores, aut simulachra diuorum altaribus eruta, illic domorum contignationes abreptas, tecta & latera, spondas & culcitrās, capsas, subsellia, omnisq; generis auctam supellectilem fluitare: quin & ingētes fornices, cum obuiis muris luctata paulu-

Ampla descriptio Louanien-  
sis diluuij, cū  
prodigiosa clade  
de quã maiori  
parti ciuitatis  
snuexit.

paululam, tremendo spectaculo mortisq; cogitatione acerba, secum & firmiores domos saepe in præcipitium auferebant: quæ sanè belli ciuili delineatio longè certissima videbatur. Sternuntur sepes, anterides, mola, pontes, & peristylia: dissiliunt porta cum catarractibus: cauatur strata viarū, templorum aditus & pavimenta: ipsa etiam mortuorum ossa cum sepulcris subruta, ad formidabilem extreme anastaseos typum alludere videbantur: hic terra in tumulum exurgente, illic depressa eadem atque amplius debiscente, vt etiam insani voracis raptu locis plerisq; in miram voraginis altitudinem sit patefacta. Nec vllum aded firmum patuit carinæ aut nauigij genus, quod ad opitulandum in ea pernicitate fluminis sufficere potuisset, quin à plerisque tentantibus cum proraremus magno periculo in moles oppositas pelleretur. Iam verò ex altera parte disiectis mœnibus, qua primū exuperantū gurgitis impetus venit, ad singula ferè momenta, moles aquarum in palma altitudinē excrecebat: multis in humili cōstitutis mensuram vitæ supersedit ipsa propemodum incrementi proportione significans, & iam extensis ad calum brachijs, iam pallescētibus genis, & acclamante fœmineo genere ac puerorum, quib; sibi fatalis exitij modum firma imaginatione conceperat: cum fortior vnda strepitu magno, & violentia portam alteram ciuitatis (qua nimirum ipsius egressus patet) cū mœniorum opposita parte conuoluens, sic ferente numine certaq; prouidentia, nos vitæ summo & fortunarum omnium periculo liberarit. Nam protinus vt foras effusus Dilia velut è carcere liber in campi planiciem venit, ipsa quæ priorem congesta fuerat intra murorum ambitus aquarū copia, repente defluxit, plus quàm humana statuta profunditas capit, multis tamen ruentibus adificiis, postquam ab inundationis tyrānide iam tuta sese atque securam putauerant.

Sic vires hostiles paruis  
initijs vbi cō-  
temptæ fue-  
runt, in im-  
mēsum celer-  
ritimè crecēdā.

runt. Quae clades priuatim, publicè, & quanta calamitatè  
 sit inuenta tum in contentis tum continentibus rebus, an-  
 no vix eloquar: & si post hominum neces, ipsa Musarum  
 suppellectile, vastatisq; bibliothecis, tabulis, annalibus,  
 aliisque praeclaris ingenij monumentis, vix vllis grauius asti-  
 marim, quod tanquam apoplexia vel syderatione percussis  
 codices, perpetuam quandam paralysem induissent. Pradi-  
 giosam hic plane clementiam Dei vel caci facile in summis  
 angustiis perspexissent. Nam imprimis ex ipsa hostilis tur-  
 ba violentia, quae necem obsessis vndique minitabatur,  
 insperatum auxilium venit, omni consilio, humanaq; pru-  
 dentia longè superius. Deinde quod maxime mirum, inter  
 tot casus acerbissimos pauci hominũ (aiebant circiter octo  
 aut nouẽ) è medio sunt sublatis, cum si noctu obuissset haec  
 inundatio, vel multorum millium vitam cum spiritu elidere  
 potuisset. Postremò quandoquidem apud nos rerum gesta-  
 rum ratio non ita in liquido prociuitatis meritis fuerit cõ-  
 stituta, visus est Deus partim innuere nos quidem haud  
 omni ex parte laudabiles, atq; à culpa liberos, sed increpa-  
 rationem aliquam esse promeritos, partim tamen commise-  
 ratione apud aduersarios aucta maiorem nocendi, casti-  
 gandiue libidinem extinguere voluisse, cum satius sit inter  
 tot rerum anticipites astus, afflictum atque inopem deplora-  
 rari, quam cum opinione felicitatis nimie, propter alienam  
 inuidetiam periclitari: quod etiam agnouit Psalmistes, cũ  
 daretur optio truum, Satius, inquit, incidere in manus Dei  
 viuientis, cuius multa est misericordia, quam in manus ho-  
 minum: quod εὐθὺς πον εὐθρόπω λόκον vel longa rerum  
 experientia didicisset: vt merito sanè ex eodem fonte dica-  
 mus, Nō secundum peccata nostra fecit nobis, neq; secun-  
 dum iniquitates nostras retribuit nobis: sed quomodo mi-  
 seretur pater filiorum, & c. quae loco eodem in eandem sen-  
 tentiam

In rebus de-  
 speratissimis  
 praesentia nu-  
 minis mani-  
 festa.

Satius à Deo  
 proxumè, quã  
 per interme-  
 dios homines  
 saluigari.

rentiam spectant. Porro vt repetam nostrae historiae flum,  
 ea apud nos obseruata est diluuij magnitudo, vt nemo tam  
 sit antiqua memoria sine atatis, qui visum prius cum illo  
 retulerit haecenus comparandam. Testantur annales non  
 multo inferius anno 1500. profesto D. Thoma, quod casus  
 consimilibus ortum simili modo portam eandem à funda-  
 mentis vsque sabuerit, sed tum & pedis vnius absuit alti-  
 tudo. Conati sunt plurimi causas reijcere in aucti fluminis  
 quantitatē. Sed vsu venit idem in publicis fere negotijs  
 quod aliquando in medicis imperitis, qui vel hostilem im-  
 petum morbi prius non animaduertunt, quam vires indo-  
 mitas sortiatur, vel dysenteria, vel diarrhoea intempesiuè  
 conantur astringere, nec inundantis humoris cursum quia  
 decet, liberum sinunt: quare his coercitus violenter, tandẽ  
 erosus visceribus sursum deorsumq; prorumpit, pernicioso  
 aliorum humorum facultatum, & partium detrimento.  
 Quanquam mehercule multum exuberantia niuis effe-  
 rit, cui dum solueretur permista copia spiritus flatuosi, ceu  
 labris feruentibus solet, ad rritatẽ & amplitudinem hu-  
 moris effusi plurimum contulisse credibile est. Augetur  
 porro calidi vis in visceribus terra tum potissimum, quando  
 à frigore diuturno ascripta superficies, omnem exhalatio-  
 nis collectam congeriem versus centrum adytusq; propellit  
 interiores, vt eleganti sermone demonstrat Hip. lib. De nat.  
 pueri, animalium ortus, incrementa, interitus cum plantarum  
 insitione componens. Multam verò fuisse materię an-  
 tẽ subiectam, planetarum copula ad ventos ciendos effica-  
 cissima designarunt mense Decemb. cum verò nulli extire-  
 rint prius, sed ipsum diluuium eu:stigio sint secuti, facile  
 constat sub degelationis auspicia horum materiem fuisse  
 cũ aquae copia fermentatã. Verũ quidquid in causa fuerit,  
 agenda sunt gratiae opt. maximo seruatori, qui sibi multi-  
 plicis

Et iñges dilu-  
 uium anno  
 1500. Feb. 11.  
 acturus an-  
 no 1511. sed  
 hoc vno præ-  
 sentis anni  
 reliqua lapa-  
 rantur.  
 De causa di-  
 luuij tanti.

Simile à dy-  
 cteria.

Ratio physica,  
 sed tantum  
 coadiuuans,  
 σωματικὴ  
 vacant.  
 Terq; interio-  
 ra magis hy-  
 me calent.

placi nos ratione deuinxit, nunc humaniter admonens, nunc explorans leniter, nunc patrio more castigans, nunc percussos iterum sanans, atque à morte eripiens. Constitutebimur nomini tuo Deus, quia magna super calos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua. Mibi quod ex re seria lufimus dudum, nunquam recedet ab animo meo.

Peruigilæthereos radio dum persequor ignes,

Dilia sublati me propè mersit aquis.


vel sic:

Dum superos ignes subeo, & caelestia templa,

Me propè in horrendum sorberat vnda Chaos.

Ian. die 27. anni supra millesimum, quingentesimum septuagesimi tertij, chaos a denud in aère visum instar ciuitatis incense, iam sortè propter frequentiam, frequentes etiã irruptiones hostium externorũ, ruinas vrbiũ ac populorũ, produtiones, conjuctus & clades vnũcumq; significans.

Chasma aliud  
sive hiatus  
cæli.



Multis

Multis etiam incerta de causa tormentorum sonitus sereno celo cum caeco murmure exauditi, decimo, vndecimo, ac duodecimo Ian. ad multa miliaria seruebantur. Securi sunt assultus, atque expeditiones varia, terra & pelago, strages infanda propter Harlemiũ, præsertim mensibus Febr. Martio, de quibus nondum integra fama ad nos peruenit, sed pro diuersis affectibus hominum, studiisq; inter se pugnantibus signorum semper incredibili varietate larnata: vt periculum sit ne propter easdẽ causas vnquam illibata rerum hoc auro gestarum veritas, in manus auresq; posteritatis sit peruentura. Omnem quippe historia fidem, in omni atate obscurauit adlictio, qua propter vel idiopathiam certam, vel sympathiam mutuan, a paucis mortalium sequestrata est. Interea verd & classis regia multis instructa milibus, non absque iactura & discrimine summo ciuitati Middelburgensi per aduersariorum medias turmas subsidium tulit. Etiam virtus enituit virorum illustrium circa mariimos tractus Harlemij, quod semel ex Amsterdamo immisis nauibus D. de Bossu in eas angustias venit, vt iam obsesti circumquaque de sua salute, & comiteatu prope modum desperarent.

Tormentorũ  
in aère sonus  
authoris incerti.  
Confictus  
uarij.

Aprilis die 29. ab hora 12. vsque ad secundam ferè post meridiem Sol admodum pallens celo sereno consistit, admirando quodam circulo circumseptus, quem planè insolitum & supra halones frequentius apparentes etiam atque etiam obseruauit ad instar iridis florentissimæ, trium colorũ specie, expressaq; varietate distinctum: processere tandem a sole migrantes radij, qui suspensio dudum ad hoc spectaculum vulgo, sensim externam peripheriam dissoluerunt. Poterat rei ratio ad causam omnino physicam relegeri: sed insignita species, vt populum quoq; in admirationem trahebat, illud effecit vt cuiusdã portento nõ absmile putaretur.

Prodigiosus  
circulus solis  
vndiquaque  
complexus.

Halones quid  
portendant.  
Differētia ha-  
lonis & circuli  
superius de-  
signati.

Nos quoque halones vidimus numero infinitos, certo serē  
praesagio futura mutationis ante triduum ē sereno in tur-  
bidum cali statum: sed ij semper ē nube cādida, leui, aqua-  
bili, tranquillo calo, ante solis planitiem exporēcta, in quā  
scilicet velut in speculum intuens corona obscurioris speciē  
efformaret. Verūm hic nulla conspicua nubes, ipse au-  
tem circulus calo serenissimo exactā iridem pra se ferebat.  
Incertum nobis an ad extremas angustias, atque deditio-  
nem Harlemij propius imminentem, an quouis aliō fuerit  
referenda.

Frigus interm-  
pestium &  
noxium.

Morbi popu-  
laret ex pesti-  
lentij genere.

Morbi epidi-  
mici precipua  
ferē sympto-  
mata.

Horrendum frigus ac praeter naturā tēporis fuit Aprilis  
die 25. vt etiam vnda ad pollicis crassitudinem vna nocte  
concrederet. quo factū vt vitis germina syderata spem de  
Lyco antiē cōceptam prorsus extinxerint: & summa secuta  
sit vini caritas, cum tamen in cateris vbertas amplissima  
Dei sit beneficio data, non omnem illius clementiam erga  
nos dormire significans. Cōperunt & febres admodum  
pestilentes, cum delirijs, populabundo incendiū cursu vni-  
uersam Galliam, Hollandiā, Frisiam, Germaniam per-  
uagari. Erat illis obscurus admodum typus velut ex multi  
generibus complicatus, proinde & acutarum vehementiā,  
& diuturnarum febrium cōtumaciam retinentes, multo-  
rum milium vtriusque sexus funera funeribus aggregabant.  
quod paucis medicis character ille diuinus, morumq; occul-  
ta malignitas maturē fuerit deprehensa: agrotantiū verō  
plurimos, antequā agrotare sese grauius perciperent, mor-  
bi fatalis vigor oppresserit: vel si eundem datis remedijs,  
aut natura robore superarent, tandem tamē paroxysmorū  
frequentia fracti fatiscerent, quōsque violētia mali auferre  
non potuit, asiduitas enecaret. Vsq; aded in vna serē ideā  
rerum publicarum calamitates consentiunt vniuersa, &  
bella quandoq; in morbis corporū, morborum ratio in belli  
ciuili-

ciuilibus exarata est. Nos autem propter illius speciem ra-  
ram ac peregrinam, hemitritais Galeni proximā, sed ma-  
gis perniciosam atque mirabilem, de causis atque natura,  
de symptomatibus varijs & curationis methodo singulari,  
seorsim plura per scriptimus circa finem, que putauimus nō  
parum emolumenti posteris additura.

Die vndecima Maij, hora octaua manē, paulō obscurior  
Halo, ad cuius extremam circumferentiam duō parilia cō-  
sistebant: sic tamen vt versus orientalem plagam euiden-  
ter appareret, tanquam ē lebere reperiussa Solis imago:  
euanescente prius altera quam occidentalis regerebat. Re-  
peritum est idem spectaculum vespere circa quartam, vbi  
tamen vnus duntaxat pariliorū versus occasum constanti  
quadam reflexione permansit, orientalis autem velut ha-  
benas deserens, protinus expirauit. Fiunt haec omnia natu-  
ra quidem legitimis causis, vt tomo superiore docuimus, sed  
raritas facit, rerumq; consensus qui mox apparent, vt in  
augurijs atque portentis locum non infirmū sint consecuta.  
quanquam hic aliquando multa effingat inanis imagina-  
tio, plura in partes alias aliasq; detorqueat, vt si affectum  
dehabet animo iudicantium, circa futuros euentus se-  
pe contrariorum aqua sit aestimatio, vt multis historijs  
demonstratum est. Equidem vsu nunc cōperi, quicquid spe-  
ctaculorū est istiusmodi, vt irides, halones, parilia, ceu sim-  
plicia, ceu geminata, triplicata, ceu figura multiplicioris oc-  
currerint: ceu rursus ad arcus constituerint circumfusus Soli  
ac Luna, siue oppositos, reftos, inuertos, perfractos, inte-  
gros, coloris purpurei, viridis, flauī, atri, candidi, aut cuius-  
cunque alterius: habere certum materiae praeparamentum  
ex nube equali, ceu puriore speculo in aëre constituta, qua  
iuxta peculiarem sitam respectu corporis luminosi, figurā  
variā, iuxta mixturam verō vel praedominium elementi

Comparatio  
cum hemitri-  
tatis.

Parilia visa.

Cause princi-  
pes atque in-  
dicia portēto-  
rū istiusmodi.

Obserua præ-  
dictionis ar-  
tificium.

caelestis, ac sublimaris ipsius quoque coloris variam tempe-  
raruram, ac vicissitudinem representet. Vnde & illud con-  
fiscitur ratione probabili, dominante sidere Marti inter  
planetas, exhalationes quoque calidas, siccas, bili flaua cõ-  
sentaneas aëris illis vaporibus complicari, eosdem quoque  
propterea magis ex sivo & crocco in purpuram, bellorum  
seditionumque popularium, & imminentis stragis humane  
non absurda penitus coniectura. Sic de Saturni prerogati-  
ua, Iouis, Veneris, atque Mercurij præfigere docuimus ca-  
pite sexto, cum de cometarum effectibus disputaretur. Et  
hactenus quidem licet cum naturalibus causis vegetabilis  
mundi, caelestium conspiratio sola ad præcognitionem ali-  
quã manu ducant, alias tamen subinde accedere que pro-  
fus sint supra naturam, nihil à ratione est alienũ, sequan-  
tur enim & libera mentes sæpenumero locorum, & tem-  
porũ *προνεταρονων*, ad exprimẽda corporea simulachra,  
quibus non aliter res diuinas aperiuunt, atque in mysteriis  
Hierarchia per aspectabiles ritus, signa atq; imagines fieri  
docuit verè diuinus Areopagitæ: quando intellectum eò in-  
felicitatis esse delapsum censet, vt à tenebricoso carcere, nõ  
nisi per gradus, ac velut inducãta consuetudine quadam ad  
fulgidissimam lucem commodè pertrahatur; quin vt idem  
ex D. Paulo, ac ratione verissima contestatur, ipsa etiam  
mundi quæcernitur fabrica, diuinarum rerum quæ nõ vi-  
dentur sit integumentum. Sed hæc de toto genere libenter  
inferimus. Quod autem ad spectaculum præsens, nihil de  
significatione præstius dico, vt neque in aliis a nobis tentatũ  
fuit, postquam videlicet non tam præsumendi scientiam,  
quã speculandi viam ac seminarium quoddam amplissi-  
mum præparemus. Quamuis enim, vt docui aliquando, se-  
cundum positionis differentiam, diuersa parilia regni eius-  
dem gubernatores serè diuersos, aut viros principes repre-  
sentent,

Hæc contra  
imagini con-  
temptores ac  
ritus Ecclesia-  
stici à B. Dio-  
nyso præci-  
puè scripta vi-  
dentur.

Anceps iudi-  
cium rationis  
nisi à mente  
caliculus illu-  
scetur.

sentent, circulus autem regni partes aut ciuitates, verus  
ille Sol circuli medio personam regiam apta similitudine  
monstret: quia tamca inueniendæ similitudinis instrumẽ-  
tum serè ambiguum est, atque in pòderandis rerum propor-  
tionibus anceps: nihil aut parum hęc sola proficiet ratio,  
nisi illustretur ab intellectu. Sic enim videmus interpretãdi  
oraculi, vel in somnij donum, non minus quã alterius va-  
ticipij, ac prophetiæ, in multis purè diuinitus dari: in aliis  
vtcumq; ducatur per certos scientiæ gradus, tum tamen tũ  
prius efficax apparere, cum iustratis sensibus & cupidita-  
tibus prauis, celesti radio confirmatur. Redeo nunc ad illa  
quæ præstis vndique rebus ciuitatum insignium contigere.  
Circa principium Iunij mensis 1573. D. de Beauvoir peri-  
clitatus grauitè fortunas suas, per conflictus acerrimos,  
mediasq; classes hostilis exercitus è Middelburgo rursus  
Hantwerpiam redit, relicto præsidio & comæatu, quãto  
fortassis ad multum temporis indigerent. Initio Iulij vehe-  
mens inundatio cum inaudita clade Hollandiam, Frisiam  
occidentalem, regionesq; finitimas inuestauit. Iam immi-  
nuta plurimũ spectabatur magnitudo syderis noui, vt etiam  
illa vicinior ceteris (vel astri totius vndecima stella magni-  
tudinis quinta) non multo inferior splendore luminis vide-  
retur, ita verò sensim illius decrementi, atque æqualis sem-  
per obseruata proportio est, vt vnus mensis aut septimana-  
rum 6. consideratio vix vllam quantitatis differentiam an-  
notaret. Interea Princeps nequicquam Harlemio summa  
penuria laboris volens succurrere, cladem accepit gra-  
uissimam paulo antequam ciuitas dederetur. Venit illa in  
potestatem R. M. 14. Iulij anni 1573. post obsidionem octi-  
messem, cũ sese in cassum tam laborare amplius ciues mi-  
serimi cognouissent. Nam licet aggressu primo, propter  
spem veniæ valde aucipitem, vniuersum in armis refugium

Manifestum  
decrementum  
in lumine sy-  
deris noui.

Fortuna pa-  
blica ingens  
mutatio.

collocassent, exemploq; Nardensis excidij attoniti vehementer, strennuè tanquam pro vita & bonis omnibus, pro liberorum, coniugum salute ac pudicitia dimicarent, multos etiam indies atque in horas per consuctus varios Orco demitteret, ipsius denique foeminei sexus plusquam foeminea virtus siue audacia in rebus desperatissimis evitesceret: tandem tamen conatus hic viuisus repente deficiens, ex ipsa fortuna non tam virtutis atque audacia, quam temeritatis nomen assumpsit: fractis nimirum opibus civitatu, muris aggeribusq; perfosis, vt vallo duntaxat & fossis altissimis tutarentur. Postremò fortissimorum militum praesidio diminuto per assultus atrocissimos, per velitationes affiduas, per arumnas, morbos atque vigilias: accedente famis acerbitate intolerabili, cui nescio an vlla fuerit ab antiquissimorum hominum saculo comparanda. Aiebant & fraudis plurimum, occultaq; proditiōis ad calamitatum numerum irrepsisse. nam. ciuibus quidem vita spes maior affulserat, interq; praesidiarios milites penè vt nationis lingua, sic animorum atque sententiae magna diversitas fuit. Praesectus illorum à strennuè ceptis non desistendum turpiter arbitratu, cum ad deditiōem inclinari partem iam maximam cognovisset, tormento bellico semetipsum traiecit, C. Casij, & Catonis Vticensis fortitudinem imitatus: si qua tamen eius facinoris vera est gloria, quam vel prophani philosophi (negum Christiani) effeminato potius animo, ac formidini tribuissent. Capti sunt milites praesidiarij cum tribunis cateris: mox de singulis horrendo spectaculo ac stupore mortalium vsque ad rivos sanguinis sumptum est capitale supplicium: paucis Germanicae cohortis inde dimissis, plerisq; ad remos aut fodinas versus Alcmariam destinatis, quò & Harlemensium civium pars còpulsā suprema infelicitatis turbine exanilavit.

Eorum

Andaces à temerariis euctus fortuna distinguit vulgo.

Exemplū fortunae tragicæ.

Eorum qui capti in vrbe perierunt, partim gladio casti, partim vnda demersi, aut laqueo suffocati, numerus propè ad 1800. censebatur. Secuta est paulò post seditiō in castris D. Frederici: vt & fideiiores quondā suo iā principerebellaret. Quares profectò fortunā regiā oppidò labefecit. Nam longo bellorum turbine conuassatis famis periculum, aëris inquinati virulenta excretio, cum aliis calamitatibus accedebant: tandemq; & marcescentibus sensim prada spes exuta, cū solutionis difficultate in furorē propemodū versa est. Ex altera parte captum est ab exulibus castellū proximum Middelburgo, vulgato idiomate Rammeken appellatum: quo & totius civitatis iam dudum obfessa terror adhaesus, ac recipiendi comeatus fiducia propemodum expiravit.

Papilionum ingens exercitus rursus apparuit 18. Augusti, qualis & anno 1551. item 1560. aliasq; sapius iisdē temporibus anni & constitutione consimili. Durant hac animalcula tinearum instar vt plurimum dies cōtinuos 3. quæ nube densissima propter cursus fluminum vecta, hinc sole occiduo per vicos & lures sese dispergunt, & corruptelam aëris ex anni madore significant. Praecesserat copula diuturna hōiū. 20. die tēpestates horrendæ cum ventis assiduus subsecuta. die vigesimo primo frigus insolens, ac supra tēporis rationē. Febres contagiosæ amplius inualescebant, vermes autem atque id genus putredines supra modū. Nā & eiusmodi mali praesagia ex illo insecti genere vel duce natura colligi potuerunt, quòd nimirum vnius parentis germana soboles videantur. Circa Septembris initia cumulatim & clades alia occultis aduersariorum machinis ingruerunt. Montensis civitas (cui D. Gerndem indigent) propè in occidui maris litoribus sita, subitò ab exulibus occupatur. Nequicquam oppugnata Alcmariensis civitas

Calamitates variae fecathenatim confuentes.

Papilionum turba ex aëria intemperie nata.

Morbi epidemici.

Clades variae.

Dikulium.

uitas hostilis turba stragem latissimam dedit. Quibus accessit rursum & inundatio noua in Frisiam Occidentalem, dum contra alluionis pericula deficientibus neruis, maris indomiti vis omnes & opes, & artis industriam auertit.

Monstrum  
Geminorum  
admirabile.

Sexta Octobris 1573. Geminorum se complectentium prodigiosa species nata, ambobus quidem feminei sexus, 4. brachiis, pedibus quatuor. Erant connata pectoribus atque inferiore maxilla, vt prorsus os vnicum videretur.



Vixit ad spatium dimidiæ horæ. Dissecto cadaueri cor cuius suum, sua sede discretum, secus quam alias apud nos visum fuit. An quicquam in illo quod ad presentem Belgij statum diuinitus consignetur, ignoro, coniectura facilis similitudinẽ deprehendit, sed nulla est demonstratio. Equidem hoc monstrum scele-

skeleton adhuc sua cute obtectum ipse vidi, ac meismet manibus contrectaui. Viguit mirabilis intemperies aeris toto autumno humido, vëtofo, post æstatem frigidam, imbresq; continues, vnde & vino pariter, & castris regijs intemperies cali insensissima permanebat. Etenim iam diuturna obsidionis radio fatigatis, consecutusq; in adia. præter innumeræ caedes subrepsit & morbidus cali tractus, quo penè per menses octo plura duodecim millibus sunt absumpta: quanquam assidue Gallorum militum turbam incredibilem in decedentium locum fecunditatis patriæ fortuna sufficeret, non secus quam ex taurino tergoe prouentus apum in suis Georgicis descripsit Maro. Febres itaque contagiosa pluribus coegerunt, acuta pariter & contumaces, symptomatum senis ac peregrinis generibus complicata, vt nihil dicitur amplius ex Oris vomica ad excretionem reliquum videretur.

Circa Octobris medium consilius navalis denuo propter Enchusas, vsque adeo ferox vt ex effusi sanguinis copia glaucus ille Neptuni celi, in purpuram mutaretur: captus hic D. de Bessu, R. M. propugnator acerrimus, cum nobilissimorum iuuenum turba, vbi ad extremos spiritus strenuè resistissent. Nouembri duodecimo dux Albanus relictus in Hollandia castris, quo regionem hanc vndique popularenter, & aduersariorum vires ita lento sensim, prædandoq; conscierent, per Hantwerpiam redit Bruxelles denuo, ad securitatem adiuncto sibi paucorum equitum comitatu. Hagam comitis inuadunt nostri idibus Nouembri. Venit interea & Gubernator nouus in hæc præuincia, D. Commendatarius Castilianus, nomine Lodovicus Requezenius, quæ plures profecto vt humanissimum virum, dexteritate ingenij, virtute bellæ, aliisque præclaris naturæ pariter, atque fortuna dotibus admirabilem prædicarunt.

Huius

Aeris intemperies diuturna morbos populares innumeros creans.

Conflictus maritimus atroc.

Aduentus Gubernatoris noui.

Huius auspiciū mense Decembris initum, vt ad felicitatem regis, ac Reip. Christiana quamoptimè dirigatur, Deum termax. votis ardentissimis obsecramus: cum nihil alioqui, nihil sit durius medico, quàm rebus extremis, exhaustis viribus, ac valetudine propè iam desperata, ad curationem abscessus alicuius aut vulneris accersiri. Verum sicut è nube densissima maior tonitruū fragor, & fulguris ignem tanto maiori cum impetu iaculatur, sic alias quoque diuina virtutis gloria in rerum aduersitate perficitur, atq; vt sepius dictum est hanc presentissimā nobis, ac maximè certam, cū minus his lutulentis oculis patet, interiores oculi mentis, certaq; in Deū desixa fiducia deprehendunt. Quin ed imprimis tam turbulenta epistasis solet excurrere, dum neque humanis consiliis, neque armorum viribus ultra relictum putes, ipsa autem in melius repentina cōuersio, vel vulgo iudice venisse diuinitus censeatur. Quid adè mirum, quando hic circuitus vnus rota & malos proterit, & bonos aduersis probat, viuūq; relictos in fide, ac prouidentia certa agnitione confirmat?

Iam verò à vultu mortalium pedetentim altius sese subducens Phosphorus nouus, ed vsq; cōscenderat, vt nisi acutius intueri, ac dudum antè quàm Solis iubar emergeret, vix vlli è populo potuerit obseruari. Luna deliquit ingens, punctorum serè 20. & quale à multis seculis, saltè ab anno 1555. vix conspectum fuit: in diem incidit octauū, hora sexta incipiens, ac multo prius quàm ephemerides annatarunt: sequentur hac maiores 1577. Discessit Albanus cū filio Frederico 15. Kal. Ianu. actis publicitus gratis, cum laude constātia, ac paranesi in posterum per magistratus. Quae porò circa maritimorū tractus Hantwerpie, propter nauale praelium infeliciter gesta sub Ianuarij finem anni 1574. cū recens adhuc loquatur rei memoria, nō est quod latius

Ad fortunam medici apta rei gerendae opportunitas prima est.

Tempestati bus summis tranquillitas proxima est.

Lunae defectus.

Discessus duois Albani.

latius explicemus. Minus multo quae mox fortunā Middelburgensis ciuitatis longè miserrimam spectant, quae sanè infandam, ceterasq; angustias, obsessorumq; robur atque constantiā, aeternis precibus dignam, quae moderationè in victos, immunitatè praestitam ecclesiastica turba, praesidiariorum militū salutè insperatā, & alia multa, cuiusmodi, iuxta affectuū varietatē, aliter alij vel militari astutia, vel singulari clementia tribuerunt. Sua tamē laude sui semper digna victoria est, amplissima quidē si quando ad finē optimam destinatur: at hunc solus inspicit sol, qui terrarū stāmis opera omnia lustrat: Solem iustitiae dico, terram verò in cordis aditu interiore secretam. Est tamen saepe de factis hominum si non ad cognitionem certam, certè ad sufficionem validam hominibus praegnans occasio: vt non mirū fuerit semper, vel res praeclarè gestas ex deteriorum hominum consuetudine, nimiaq; licentia deprauari: quae sicut paulatim in turpem exitum cedunt, sic serè & prius multo in partem pessimam accipi consueverunt: quando & omnem hanc estimationem gratia circa res fluxas atque caducas aeternorum ille neglectus, protritq; religionis vocabulum maximopere labefactat. Nihil hic equidem induces, aut principes viros dictum acerbius, nihil detortum volo, cum horum codices, ac sinuosa volumina manu Omnipotentis inscripta nobis aperire sit difficilimum: ac licet his ipsis tum numinis cultus, tum salus publica, exactaque iustitiae ratio in singulis prima esse debuerit, praecipites tamē successione rerum in vniuerso, feruntur, interdum non quò maxime velint, sed vel honesti opinio mouet, vel maioris periculi metus impellit. Quin & exemplum P salmographi regis vsurpant sibi, quale in Ioab & Semei: sic rebus vrgentibus, vt quorū scelera nō capit oblitio, tamē in salutem plurium supplicia differantur. At illi profectò veniam

Factorū prohibitas, improbitas ex sine potissimum merienda, vide praeclearam sententiā huc de re Maximā philosophi & martyris, Cēturia 3. Aphorismo 70.

Diuina humanis, priuatis publica praefenda.

Ex vno errore in alios plarūque delabi.



Infanzæ mul-  
titudinis  
cestrum sibi-  
metipſi per-  
nitioſum.

veniam non merentur, qui obſtinatis animis, apertis tibiis, ſe libertatis publica vindices vocant: dum tamen quodcūque ſectarum genus liberum volunt: ſolis antiquæ fidei ac religionis cultoribus ſeruitutem turpiſſimam, ſilentium ſempiternum, & ſortæ ſis acerbiora his omnibus meditantur. Hæc certè ſi non in ipſis capitibus forſum, in membris attamen vniſus corporis patent, atque hæc illac diſperſa vibrantur, capitiq; contumeliæ faciunt, tanta diſſenſione fluctuantium inter ſe viſcerum internorum, vt vnuerſum hoc intus ita diuulſum contra impetus externorum, ipſa ſi velit ſalvus ſeruare non poſſit. Nam certè vt runque vel genus vnicum infeſtum omnibus ſibi, facta conſpiratione ſuſtulerint, tandem & ſeſe mutuo conuerſis armis vt proſus elidant eſt neceſſarium: cum vna in ſede duo contraria minimè perfeuerent, nullumq; multiplex ſibi diſſentiens niſi ab vnitæte contineatur. Hæc equidem ſint hoſtibus planis in ſpeciem dicta: neſcio quid grauius mereantur qui ſub agnitis pellibus lupos agunt; qui ſub iuſtitia titulo, gregem ſibi commiſſum deuorant; qui Deum faucibus, atheiſmum ex imis pectoribus ſpirant: rumpit inuiſi dolor vt in commune dictum id audiant omnes:

Hoſte ſub  
proſectoris  
nomine nihil  
acerbius.

O quiſquis volet impias  
Cades, aut rabiem tollere ciuicam,  
Si querat pater vrbium  
Subſcribitatuis: indomitam audeat  
Reſtricare licentiam.

Sed fruſtrà hæc mecum queror: exaſperantur vel mollibus  
nimum inflammata remediis.

Circa deditioem oppidi Middelburgenſis (quæ facta  
eſt 19. Feb. 1574) multa è prodigiorum numero tum no-  
ſtro Belgio, tum Francia atque Germania contigerunt.  
Nam & 27. Ian. naues ardentes non procul à Luna cor-  
pore

Paracelina  
prodigioſa.

pore ſunt conſpectæ, cum paracelina aureis, colore ſanguinis interuſo, vt à Franciſcanis fratribus tunc iter nauigio facientibus viſam ipſum audiui. Magis horrenda quæ Purificationis profeſſo obſeruata à variis memorantur, cen bella & cades in nubibus exarata, cum fremitu ac ſtridore pugnantium inter ſe. Sed iſtis nolui pingendis latinis immorari, cum neque à nobis conſpecta fuerint, neque (vt nõ vana ſuſſicio mouet) pars horum maxima mali à ſigmento- rum vanitate abhorreat. Credo fuiſſe chaſmatis genus, quod ruſticorum plurimum narrationi conuenerat: qui lucidum corpus Soli non abſimile noctu exortum, atque à ſe viſum teſtabantur: verum vt ex eo traiectiones varia in varias ſpecies incertis ordinibus differuntur, accedens animus horrore plenus, ſpe, metu, ac ſuperſtitione percuſus, multa velut in ſomniis pro voto, ac ſtudio ſolet aſſingere: ſæpe & ſimilitudines aptans, quod ſenſu minimè percipit, imaginatione deſixa ſe ſibi ſentire perſuadet. Ita prodierat quidam libellus de tempeſtate grandinis memoranda, quæ Peſſelano monti contemnis agris cecidiſſe commemorat, vaſtata prædia, demerſas ades, armenta & homines interemptos: fuiſſe molem pleriq; librarum trium, audit ac calitus vocem, conſpectum puerum flammis circumdatum, qui orbem immenſum humeris ſuſtineret. Aſcriptum Saporæ medici nomen, & F. Mendozæ. diem conſtituunt 5. Maij anni ſuperioris 1573. quo tamen nobis ær perpetuo ſudus atque tranquilluſ fuit, vt in Ephemericibus annotauimus. Scriptum quoque de ſpectro legimus formæ cacodæmonis viſo in ciuitate Winmarienſi inter pugnantem religionis antiſtites; multaq; præterea, quibus quantum authoritatis vel effiçacia nomine ſit tribuendum ipſa poſteritas aptius deprehendet. Vnum hoc in ſuper duximus annotandum, quod circa hæc tempora tanto ſplendore & magnitu-

Simulachra  
varia in aëre  
viſa.

Sæpe ex imaginatione turbatis ſenſibus res alias videri quàm ſint.

Amantes etiã ſibi ſomnia fingunt.

Prodigia varia variis locis, de quibus tamen nondum penitus explorata veritas.

Stellæ Veneris  
obseruatio.

gnitudine Venus effulserit circa occasum, vt multus plebeos inter & imperitos pro nouo sydere sit conspecta: nonnulli & cometam crediderint, cum inter nebulas rariore effusa coma instar ardentis lampadis rutilaret. Sed huius phœnomeni triplex ratio ex Plan. theoricis liquet. nam & illius maxima elongatio fuit à sole: situs non procul à perigeo: occasus in signis ♋. & ♌. que vt obliqua cruntur, etiam recta descendunt. Martij die 20. suo corpore exactè contigit à parte superiore supremam Pleiadum inter Occidentales.

Sydes nouum  
quo modo  
recesserit.

Redeo nunc ad apparitionem syderis noui: quod hisce temporibus modo mirabili sese subduxit ab oculis nostris: neque enim supremos abitus aut ortus illius primos, aliamue augmenti ac decrementi proportionem, passus est Deus ad certa dierum, aut septimanarum spatia desiniri: quod (vt dictum est supra) fortassis diuinorum emulam in omnibus esse voluerit. Nam vt cumque adhuc à nobis spectata sit Ianuario, ac Februario mensibus anni 1574. sensim tamen ita disparuit, vt vespertino tempore, præsertim Luna presente, minime cerneretur; manè comodius, sed instar puncti primum, postremo vt nebula, & stella vestigium appareret. Mense Martio, quo primū incipiunt 18. coniunctiones stellarum errantium admiranda, & nullis alterius generis schematibus interrupta, aduertit similiter vsque ad finem, sed serenissima celo, quoties videri & orbis lacteus potuisset: visa tunc eo est modo vt quamuis intentis in calum oculis ad ingens spatium perstitissem: sæpe nūc oblitesceret, nunc rursum ac velut momento visum suo fulgore perstringeret. Hæc autem mora progressu dierum facta est maior. Dubito sanè (ac dubito vehementer) num circa Aprilis medium defixio intuitu aliquoties obseruarem. In idē tempus rara coincidit oppositio Sat. & Iouis, crifim adferēs eius

Suprema ob-  
seruatio syde-  
ris noui.

coniun-

coniunctionis qua facta est in anno 1563. Vide num propter analogiam sign. II & ⇨ cometā nouū aut aliud sydes venturum intra annos duos trēsue portendat. Saltem hoc mense ni fallor humanos oculos supergressa lux noua viam à terris aperuit sursum; portumq; securum prodidit, ad quem tot inter ancipites æstus aspirare debemus. At qui hic de nostri sæculi phœnomenis vt cōquiescam, nescio quis aurem vellicans tacitus monet. Facem arripiat, quisquis cursurus deinceps in hæc vestigia properabit.

Mihi nunc Ligus ora

Intepet, hybernatq; meum mare, qua latus ingens  
Dant scopuli, & multa littus se valle receptat.  
Lunæ portum est opera cognoscere ciues;  
Cor iuber hoc Enni, postquam destertuit esse  
Maonides, quintus Panone ex Pythagoreo.  
Hic ego securus vulgi, & quid præparet Ausfer  
Infelix, &c.

Lum iam defessus, anchora fixa, detractis carbasis nauē in litore constituerā, cum rursus reuocat alter, nescio quid cursu in medio relictum clamitans, quo minus qua festinior iusto arripui passim, pro dignitate suscepti muneris aut præfixi tituli responderent. Plura mehercule de seclis futuris flagitant, pleraq; & planius dici quæ ad salutē publicam spectent in illa præsentium, ac præteritarum cōparatione demersam. Sed ò stupendam ignauitiam, ò curas manes hominum, ò veternum inexpugnabilem! Quid vota furentes? quid delubra iuuant? num Christus ipse verifons longè purissimus, num reliqui vates, & martyres vobis duntaxat vt surdis fabulam cecinerunt? eatur ad illud sanctissimum penetrabile, quod vnicus agnus aperiat: videte, & perscrutamini sedulo, num illa sit facies in procinctu, quæ nostra salutis authōr ante quingentos annos atq;

Progressio ad  
cōparationem  
uenturi sæculi,  
cū præsentium  
temporū statu,  
iuxta vaticiniū Christi

m

mille-

millenos fore prædixit, Matthæi 24. & Marci 13. Luca 21. qua si cum Paulinis dictis, ac B. Augustini aliorumq; virorum celebrium testimonio conferantur, ordo signorum conuenientissimus efflorescit, quem nos et si parum theologi, attamen studio verbi diuini, quod nouissimorum temporum status iubet versari perpetim ante oculos, atque in animis nostris, complexum paucis velut in capita certa digestum us.

Vaticinium  
Christi de no-  
uissimis tem-  
poribus mudi  
partes dupli-  
ces continere.

Illud verò præ cæteris obseruandum, quòd primam totius commemorationis, vel vaticinij partem D. Chrysostomus potissimum referat in excidium gentis Iudaicæ. Nil tamen eadem vetat de supremis sæcli totius temporibus dici, ac Christum Dominum vtròque respicere voluisse: vt eadem serie calamitates, & signa vtrobiq; se mutuo consequantur: sic vt ruina gentis Iudaicæ, sit typus excidij generalis, non aliàs differens quàm minus diluuiũ à maiore, figura vel signum à re signata.

¶ Primum indicium aduentus Domini:

Multi venient in nomine meo dicentes ego sum Christus, & multos seducent.

¶ Secundum.

Audhuri estis prælia, & opiniones præliorum.

¶ Tertium.

Insurget gens contra gentem, erit pestilentia, fames, terræmotus, persecutio propter nomen meum: exorientur pseudoprophætæ, abundabit iniquitas, multorum charitas refrigescet. Qui autem perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit.

Hæc quidem hætenus qui prima fronte inspiciat, contigisse iam dudum nemo inficiabitur; imò vel ante Christum natum. Nihil enim in orbe nouum, vt Sapiens inquit, si rerum genera & species contemplerur. Quare & raram & insigni-

& insignitam magnitudinem rei à Christo denotari verissimum est: cum alioqui nihil dixisse videretur, plures etenim vno conspecto atque altero signo exclamant præteritus hac illa tempora, his impendere sæculi finem: at non iidem cogitant multo grauiora sparsim hominibus ante hoc sæculum obrigisse: velut de Arrianorum secta, & Mahumeticæ, de dno incursubus Gothorum ac Vandalorum, aliisq; numero infinitis: quibus profecto si quis iam pridè præterita bella, dissensionesq; contulerit, illorum maximam partem pro ludicris aestimabit. Quid de præsentibus dicam non occurrit. Sua cuiq; pestis grauisima, suum afflictissimum sæculum non iniuria nuncupatur. Hinc enim & Augustinus in epist. ad fratres Maudurenses, illius temporis expletum curriculum censet, neque aliud restare quippiam, præter supremum iudicium Dei.

¶ Quartum prælagium verbi Dominici:

Prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium gentibus, ac tunc veniet consummatio.

Nescio an hæc ad illam Indorum vocationem, an potius antiquæ gentis Iudaicæ conuersionem sint referenda. Multi enim ex dispersis gregibus Israel, Indos, & cæteras nationes, ceu germina sparsa per vniuersum, non infidis argumentorum discursibus collegerunt. Quid si quemadmodum primò in gente Iudaicæ Deus fecit hereditatem sibi, quod illi ereptum hætenus fuit, nunc nobis ablatum denuò, (& merito nostro) circa orbis extremos terminos, satorum vicissitudine, atque Adrastia legibus in eundem populum reuoluatur? Iam enim huc omnia spectant consensione mirabili, fortassis & denuò apud hos locum habet vox Isaiæ 60. Surge illuminare Ierusalem, venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est: quia ecce &c.

Aliud est res mutationes maximas appellati respectu vniuersi uitatis aut regionis, aliud respectu vniuersi.

De vocatione  
suprema, & fi-  
dei translatione.

¶ Quinto hoc insinuat, Futuram desolationem à Daniele prædictā (capite 9.) stantem in loco sancto.

Hanc vidimus primum in religione Iudaica: venturam similem, aut fortasse maiorem Ecclesie nostrae rerum analogia demonstrat. Nos ea quae de hebdomadarum numero dixit, viris in illa parte versatis discutienda relinquimus: praesertim cum ipse Deus veterit temporum partes, atque momenta perquirere. Magnas quidem aliquando per vniuersum haereses extitisse cognouimus, sed tam diuersas in vnius exitium vndique conspirantes, nullis historiis designatum est: numquam tot fraudes & scelera, necesse, direptiones, oppressiones, hypocrisis impunitas, sub vno tamē religionis, pacis, atque iustitiae titulo militantes, certissimo sanè indicio maiorem indies fieri defluxum ab vnitae in multitudinem, quae ferè vnica causa est peccati in anima, mortis in animalibus, interitus in vniuerso.

¶ Sequitur sextum.

Tunc qui in Iudæa sunt fugient ad montes, &c. quae verba sonant cuncta complenda exulibus praesecutionis acerbitate grauissima. Væh enim praegnantibus (inquit) & nutriendibus illis diebus. erit enim tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque nunc, neque in posterum erit.

Vbi sanè & solo magnitudinis incremento se distinxisse indicia satis ostendit. cui plurimum consonat D. Paulus ad Thessal. epist. 2. cap. 2. Ne quis vos seducat illo modo, quoniam nisi venerit discessio primum, &c. Exponit hunc locum D. August. tractatu de Antichristo, atque ad Romanum Imperium maximè refert: etsi certa de causa nomen praetereat Paulus, vt patet ex verbis (& nunc quid detineat scitis.)

¶ Se-

¶ Septimo ita subiungit. Exurgent pseudochristi, & pseudoprophete, ac dabunt signa, & prodigia, &c.

Apertissimè sanè huic tempori quadrat, vt statim emergat & ille, qui verè se faciet antichristum. is est quem peccati hominem loco superius allegato Paulus appellat, non talem modò qui falsis dogmatibus, aut cruenta dextera Christi Ecclesiam persequatur: (etsi ad generis notionem saepe tum Christus, tum sacri interpretes id nominis vsurparint.) quin potius aliquem fore credibile est, qui extollatur supra omne quod Deus est, ita vt teste Paulo in templo Dei sedeat, pro Deo sese ostentans. Nam & Christus illa subnectit, Dabunt signa & portenta ad seducendos si fieri possit electos Dei. B. Augustinus acutè admodum ex precedentibus causis, & signis ad ea quae consequuntur indies grauiora, materiei receptivae aptitudinem comparauit. Vt quando iam ferè antiquae ecclesiae splendor ab hominum sensibus oblituerit, offensi plurimi tatis diuortis, atque exemplis pessimis, etiam de Christo Dei filio dubitare incipiant, eiusq; doctrinam habere suspectam, vitæ genus sophisticum, puras praestigias, promissa inania clamitantes: tum scelestissimus ille oportunitatem in scandalo nactus: hinc robustissimos sibi ad persuasionem nervos acquirat. quanquam postremò veritas obtinebit, & veritatis antagonistem Christus elidet spiritu oris sui.

Hinc quoque conficiunt doctorum plurimi tempus adfore, vt desponsatam sibi meretricem propè fastidies Deus, sponsam ante tot annos desertam, inopem ceu postliminio rursus inuisat, quod in historia Thamar, cum geminos peperit, pulchra allegoria per Chrysoströmum explicatur, capite super Mattheum primo.

¶ Octauo in hac signa prorumpit.

Amplissimū fore & maximè generale quod mundi diluuiū portat dat vniuersa-  
lc.

Persecutio summa.

defectio generalis ab Ecclesia.

Aduentus Antichristi.

In scandalis reip. Christianae oportunitas Antichristi.

Statim post tribulationem dierum illorū Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum.

Aliqui ceu per metaphoram ea cuncta percipiunt. credo tamen & portenta maxima, & obscuraciones grauiſſimas luminum indicari, fortasse supra naturam. Possent suspicionem maximā nobis mouere eclipses annorū 1585. & 1605, de quibus dictum est supra, praesertim cū & cōiunctiones accesserint admiranda Planetarum trium H<sub>2</sub> & J, nec non connexus orbium supernorum in capitibus V & S, quales & orbe condito primū, & paulo ante quā Christus nasceretur, obseruatos astrologi collegerūt. Sed hac naturam habent & causas ab origine praesinitas. Metaphysicum fore quod Christus insinuat, quae mox sequuntur aperiunt.

¶ Nonum prodigium.

Cadent stellae de caelo, & virtutes caelorum commouebuntur.

Equidem moueri tunc maximè reor, cū praeter haec tenus obseruata, quoddam in illis nouum exoritur corpus, atque recedit, tanta specie lucis, tam firma status atq; circuitus lege, tanto tempore perseverans, vt omnis humana scientia, omnesq; naturalis indaginis vires, velut ad conspectum Gorgonis obstupescant. Sed hoc (vt indicauimus supra) iam iam venturi consimilis signi, expressioris multo, magisq; diuini fortasse velut praenuncium potuit appellari. Lucas addit confusionem sonitus maris, & fluctuum fore, pressuram gentium, arescentibus hominibus praetimore & expectatione rerum, quae orbi superuentura sint vniuerso.

¶ Decimum signum.

Tunc apparebit signum filij hominis in caelo, & tunc plangent omnes tribus terrae.

Videte

Rare synodi ac defectiones luminum imminentes. Vide coniunctiones ordinis neconsequentes in V<sup>o</sup> dec. Anno 1584. Martio & Aprili mensibus: sed magis mirandam copulam in signis aequis omnium planetarum, anno 1583. circa medium Feb.

Mutationes naturae alioqui immutabili contingentes praeter ceteris estimandae.

Videte quā pulchra sit diuinorum omnium symphonia, quā nexu perpetuo, signorum numeris, speciebus, atque ordinibus ista consentiant cum exitu populi Israelitici, quando eundem Deus modo mirabili, a persecutione grauiſſima, ab oppressione Pharaonica liberauit: atq; post 10. plagas sine prodigia, sicco pede per medios aestus turbā traduxit electam sibi, malos autem & persecutores nominis sancti submersos ante bonorum oculos, ac reuoluto in semetipsum gurgite maris absorpsit. Adduntur ab Apostolorum principe huiusce temporis portenta ter maxima, Caeli magno imperu transibunt, & elementa calore liqueſcent. ante hunc aduentum nouissimum plarique veterum moti Iohannis vaticinio in Apoc. restare crediderūt millenarium regni in terris noui, quo & vnicus pastor, & vnum ouile fiat; Iudeis cum Turcis, & Christianis ad vnius fidei columen reuocatis, aurea pax cum sorore iustitia mundum gubernans, letitia sancta muneribus impleat vniuersum: fortassis & eo potissimum argumento, quod Christus futurum dixerit, vt quem admodū ante diluuium Noach, nubentes, edentes ex impruiso corripuit furor Domini; sic etiam nunc futurum, vt velut iniecto laqueo aduentus hic filij hominis opprimat imparatos, tāquam si nulli ante iudicij die apertis iudiciis, inter festa & celebres dies punctum hoc atrocissima tempestatis immineat. Verū neque si suspicemur plurima cum raticne, quicquam hic praeter Ecclesiam statui debet. Hoc plurimis coniectura probabilis in eandem sententiam solet expēdi: Quod Dei filio mediatori (vt vocant) inter patrē & hominē, qui medius inter latrones, inter calū ac terras, terrarū medio, suspensus medio die, in orbē descendisse conuenit, quo par sit annorū numerus ferē sub euangelij regno, cum eo tempore quo tantū figura illius vigerit in humanis pectoribus exarata. Sed

Consonantia prodigiorū veteris & nūq; praesentis.

Hae Chiliarū opinio merito ab Ecclesia reprobat.

An Christus in media mundi aetate terras inuiserit.

alia ratio ex alijs authoribus maiore pondere definita est, vti mox audies. Iam verò signorū classis praterit vniuersa: sequitur ecce supremum, & cuius gratia tot antea acta mutationes, atque portentia præcesserant.

¶ Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli, cum multa virtute & maiestate. De die autem illa nemo scit, neque angeli cælorum, nisi pater solus, &c.

Dies iudicij quanta maiestate & turbiditate sit vctura.

Erit hæc illa dies quam planioribus verbis vates sanctissimi prædixerunt, vt Ioel 2. prop. est dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbis: magnus enim dies Domini, & terribilis valde. & Malach. 4. Ecce enim dies illa veniet succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, & facientes iniquitatē stipula. Atque vt Isaias 2. reges, principes, serui, & liberi introeuntes in voragines terræ, dicent montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos à facie formidinis Domini, & gloria maiestatis eius.

Ætates mudi ab Augustino designatæ.

Præter ea porrò qua de Helia vaticinio, & 6. millenis annorum anfractibus à chronographis annotantur: operæ precii illa imprimis excutere, qua à D. August. sunt prodita 13. questionum libro, quaest. 58. Illic, quem admodum in homine sunt ætates 6. mundi quoque totius ætatem pari proportione distribuit.

Hanc diuisionē alias in senarium, alias in septenariū redigi, nihil absurdum est, prout quasq; partes in cæcis pteffius nunc explicatius tradunt.

<p>1. Ab Adamo ad Noën, 2. A Noë ad Abrahamum, 3. Ab Abrahamo ad Dauidē, 4. A Dauidē ad trāsmig. Bab. 5. A trāsmig. ad Christum, 6. A primo aduentu ad alterū,</p>	<p>qua sit in- star</p>	<p>Infantia. Pueritia. Adolescentia. Iuuentutis. Consistentia. Senectutis.</p>
--	-------------------------------------	--

Sexta est, inquit, qua homo exterior tanquā senectute

sorum-

corruptitur, qui etiam vetus dicitur, & interior renouatur de die in diem: inde requies interior sempiterna est, qua sabbatho significatur: quod futurum credimus secundo aduentu Domini; quo in claritate venturus est, cuiusq; præcursor speratur Helias, &c. Hæc ferè verbotenus ex August. Equidem sanè iam non ad senium modò, vel senectutem nos peruenisse autumo, sed & etatiē decrepitam attigisse, cuius terminus est septima dies, quā figuratè scriptura sacra in hexameri operis creatione designat.

Non in fenestrate versari.

Refer eodem omnia quæ Christus in allegoria patris familiaria dixit Mathæi 20, vbi mentionem facit horæ 3. 6. 9. 11. Sed huius loci, & cōsimiliū, tomo superiore data vberior est explicatio.

Huius plenior mentio facta est libro superiore, cap. 4.

Verum quid aded est cur dubitem, num nostræ hæc ætas nouissima, ac verè decrepita cēseatur? quod si enim à ficus arbore, iuxta præceptum Domini, rei veritas perdiscenda est, viden incuruos homines, effætos, emeritos, atque (vt senectus ipsa morbus existit) ignauia putres & marcidos, crudelitate atque odio tabescentes, gelidos in amore diuino, in pessimarum rerum cupiditate flagrantes? Iustè inuehitur Columella in eos qui putent vbertate nimia prioris æui defatigatum, atque effectum solum nequire pristina benignitate præbere mortalibus alimēta: logog. sru qualitatem cæli, statumq; mutari: cum potius hæc vniuersa nō natura senio, sed nostri vitio, cui cuncta senescunt, accepta sint referenda. Non illos tamen accuso qui physicis fundamentis, ex facultatum naturalium decrementis, vita breuitate, staturis corporum imminutis, inuentionis acumine, ingenij maturitate præcoci, & horum congeneribus signis mundo supremos instare carceres arbitrantur. Sed accusandi grauitè, qui dyscrasiam exteriorem sedulo notant, eam verò qua intus in ipsis pectoribus latet, (quippe qua

Mudi senectū esse in qua versamur, argumentis variis demonstratur.

Prima senescendi causa in nobismet-ipsis.

Naturam nobis cōfenece-  
re.

Cælum quoq;  
mutabile con-  
tra quā Peri-  
pateicis vi-  
dum est.

Contra Peri-  
pateicos.

Quoniamq; cælū  
indissolubile  
factum.

Argumentum  
à simili in  
animalibus.

tot malorū causa præcipua est) non animaduertunt. Quin  
& Hipparchum legimus signis eiusmodi monitum prodī-  
disse: aliquando adfore tempus quo cardines mundi loco  
mouerētur, multiq; iam primò ceu notis certissimis depre-  
hendūt, vastos calorū ambitus, qui Peripateicis quondā  
naturam inuictam, inalterabilem obtinebāt, quiddā quoq;  
mutationis & ataxia paulatim obijcere sensibus nostris,  
eāque maiorem indies, quanto magis & nos ipsi mor-  
tales à prima perfectione deficiamus. Vident enim reuolu-  
tionum inæqualitatem in singulis non obscuram: vident &  
annos solito breuiores: mutatas tātōpere declinationes ma-  
ximas Solis: mutari celerrimè Planetarum centra, vel apo-  
gea, & perigea, si Ptolomai paratere seīs, cum istis nostro-  
rum temporum conferantur. Nam ad illius ataxiam vsq;  
cūm Eccentrotis immutabilis haberetur, nunc differentiā  
reperiunt maiorem gradibus sex & viginti, quemadmodū  
instrumentis adhibitis certissimò liquet. Quod si ita est, nō  
erit cur Peripateicis nostram sententiam velint conuellere  
de motu recto syderis noui, vno nimirum hoc axioma te fre-  
ti, quod corporum penetratio natura sit inconcessa. nam si  
centra euariant, etiam centrorum circuli, atque cum illis  
corpora Planetarum in partes alias atq; alias mouebun-  
tur. Certè & calor nobiscum detri instar vestimenti, non  
solum ex verbis Dauidicis, verū ex ipso etiam Platone col-  
ligitur. Quando natura princeps, & architectus rerum à  
se conditarum inferiores præfides ita alloquitur, Di Deorū  
quorum ego opifex & pater sum, hæc attendite, &c. ait  
quidem sic se volente mundum indissolubilem factum; sed  
hanc voluntatem suam illis esse maioris vinculi loco, quam  
nexus ceteri, aut seminales in materia rationes, quibus, cū  
gignerētur, apta inter se, & colligata sint vniversa. In ani-  
malibus quidē vna est summè mutabilis regio, qua in hu-  
moribus,

moribus, spiritibus vagis, nec nō carnosīs partibus observa-  
tur: vnde & temperamentum vagum in illis, ac momen-  
taneum, à morbis quibuslibet, aliisq; occasionibus alterabi-  
le non absurda medicorum tulit opinio. Quod autem in so-  
lidis residet exemplar alterius, quippe caelesti calido, fixoq;  
spiritui penitus adherescens, totum id prope est immutabi-  
le: saltē ad vitæ supremos terminos perseuerat. Attamen  
paulatim & isuc eueritur: nam dissoluta elementorum  
symmetria, iustaq; miscella (aëria potissimū & aquea por-  
tionis) in diuortium properante, simul dissoluitur ipse cale-  
stis calor, ac rerum qua insunt corporibus mixtis, admini-  
stratione defungitur. Quid prohibet calos, ratione consi-  
mili ceu solidas partes in vniuerso, legem quoque mutatio-  
nis modo vel maximam experiri: cūm Dei voluntas, ac vir-  
tus omnium gubernatrix fortassis ab opere tanto, velut re-  
missis brachijs se pedetentim subtrahat: seu propter dege-  
neres scetus, subnascētēq; humani generis antipathiam,  
natura communioris amplissimam sedē, remos, & guber-  
nacula destituat: vt quodam recessu materia ab opifice suo  
ac moderatore, illa cōcretionis æquabilis olim, lucisq; præ-  
stantia non aliter eneruetur, quam ferro semel impressa  
qualitas ab heracleo lapide, per longiorem ipsius intercape-  
dinem elanguescit. At ista quidem mutatio, rebus alioqui  
immutabilibus facta, mundi ruinā non procul abesse signi-  
ficat, sed tamen duntaxat ex accidente demonstrat: cūm  
aliud quiddā sit multo interius, quod nos in rebus externis  
oculatisimos, intus & oculis prorsus & auribus priuat,  
vniuersam tamen hanc seriem secum celerrimè in exitum  
rapit. Tunc enim tempestiuum est tyram abiicere, quando  
non solum in singulis neruis turpis est dissonātia, sed & in-  
terior vterus absurdescens modū proportionis amisit, pere-  
untq; tonorū spatia, ceruicis vincula, verticilli, quibus non  
modò

vt spiritus du-  
plex ita & te-  
peramentū &  
natura partiū  
vel insitus  
calor.

Quaratione  
sensim & cæli  
vis elaguefcet.

Interitus vni-  
uersi ex alia  
causa interio-  
re ac validiore  
dependet.

Simile.

Excursus in  
nostris saculi  
mores, ac for-  
tunae Belgi-  
cae deplora-  
tio, quae  
travos. s. p. x. y.  
nō procul ab-  
esse significet.

modo chordarum prima connexio, sed & tatius musica ra-  
tio continetur. Quid autem hoc manifestius, si solam for-  
tunam Belgicam, nostriq; tam ferrei saculi mores ante ora  
ponamus? postquam extincta iam pietate amoris mutui,  
religionis ac iuristurandi vinculis ruptis, sacra, profana pro-  
miscuè violentur: vt vix amicū ab hoste amplius, vix lu-  
pū (quod aiunt) à cane distinguas. Loquuntur tot caedes  
infandae, tot sacra diuorum pedibus conculcata, tot virgi-  
nes raptae, tot matronarum supra & corruptela, tot mo-  
nachi, sacerdotes, ac nobiles viri infandis generibus nunc,  
horrenda supplicij crudelitate perempti. Liberet nunc eò  
prorumpere, heu qua nunc tandem tellus, quae me aequora  
possunt accipere! Miramur exteros? hostēme metuumus  
circūsum? vide quò nostra regionis integritas cessit: ipsi  
inter se domestici viri, ijdem partibus nati, coniuncti san-  
guine, ab ijdem vberibus conutriti, bella inter se, bella im-  
pia fouent, inq; perniciem mutuam, direptionem, & con-  
tumeliam ceu concitati furis agitantur. O te infelicē fe-  
lix quondam Brabantia, cui tantum abest vt opem vicini  
ferant, quin confluentes vndique, tanquam leoni mortuo  
petulanter insultent. Iam verò accusent alios alij, potius  
quam semetipsos: equidē nunc primū prestantes Italia,  
Hispania, atq; Germania populos miror. In his profectò la-  
borem, industriam, maturitatem, humanitatem erga ge-  
nus imbelles: in illis constantiam fortem, fidelitatem mu-  
tuam, amorem & studia erga tum doctos, tum bonos atq;  
praclaros viros, quis saepe vel medio Martis in turbine pe-  
pererunt. At nobis iam genus hoc nouum ex locis finitimis  
prodit, nulli fidum, nulli misericors: nil nisi rapinā, & spolia  
spirans: quod omnes externos in pessimis imitatur: nullum  
exactē in solis virtutibus refert. Quare quo monstri, aut  
portenti nomine vocem nescio. nam vnum hoc verè con-  
flatum

Nō nocet à ge-  
nero nō hō-  
pes ab hospite  
tutus.

Regionē hanc  
suis met viri-  
bus perire  
prius quā alie-  
nis.

flatum ex variis Geryoni, Sphingi, Chimera proximū adu-  
lationem ambitiosam, leuitatem atq; perfidiam haurit ex  
semetipso: Germanicum luxum in perpetuam temulentia;  
Hispaniae seueritatem in crudelitatem Turcicam vertit. Et  
haec quidem omnia sub defensionis nomine, sub praetextu  
iustitiae ac religionis amplissimo, quo serè, cum non sit effi-  
caciior alius, aut conciliandis coetibus oportuniior, solet sa-  
cillimè tum capitum multorum turpis ambitio, tum sedi-  
tiosa plebis ad res nouandas innata cupiditas regi: quan-  
quam si tectum illud interius, si facta moresq; inspicias, in-  
ter affectus ceteros odio, fastu, auaritia, humani sanguinis  
siti potissimum flagrent: pro Deo verbis depugnent, re ipsa  
se atheos esse commonstrent. Velim hinc eius farina ingenia  
vocem diuini spiritus audiant Psalmo 14. Dixit insipiens  
in corde suo, nō est Deus, &c. Sed magis 50. Peccatori au-  
tem dixit Deus, quare tu narras iusticias meas, atq; assu-  
mis testamentum meum per os tuum? tu verò odisti disci-  
plinam, &c. Verum hac oscitater audiunt omnes, venit ve-  
ternus immedicabilis, Heu mentem, & stupidos alii sopor  
occupat artus: adeoq; internis disidiis Christiana respub.  
flagrat, vt imminetē ruinam foris, imò iam humeris in-  
cum bentem minimè sentiamus. Dicā liberè: nam nisi tan-  
dem depositis armis, hi quidem à rebellionis proposito quic-  
quam, illi à vindicta nimia seueritate remisserint: ni concili-  
tatis animis, omniq; errorū nube discussa, in solidam pa-  
cem atque securam, in vnitatem Ecclesiae, religionis, inq;  
amorem mutuū sociemur: hoc sanè sit omnibus prolaiū  
oraculi loco indubitati, ac longè certissimi, (quod quidem  
non astra, sed rerum consensus siue connexio prodit) tem-  
pus propediem fore, vt idem obuēniat nobis, toriq; veipub.  
Christi. quod in festiua ranarū, & muriū pugna depmxit  
Aesopus: vt magna mortaliū parte sublata, principibus  
viris

Prætextus de-  
monū astu-  
que prodigio-  
sus.

Quòd nostra  
haec disidia  
tandem cura-  
dant, vide.



viris ad internecionem mutuam implicatis, exhaustis arariis, depradatis agris, castrorum ac ciuitatum dirutis munimentis, auersis animis hominum, ac studiis inter se (quae vallifuerant quondam tutissimi loco) illum ex insidiis erumpentem subito videamus, qui ex professo se Christiani nominis hostem fecit: qui nunc astute tanquam in specula latens, altos cuniculos agit, terra marique classem instructissimam parat, vnumque id tempus expectat, quo penè conuulsos, obrutos somno, confractos propria mole, nullo deinceps negotio comprehendat, interque prostratos sauiens instat Leonis, seu rapacis milui, viuos exenteret atque deglubat. Utinam verò hæc videant atque intelligant maturè principes viri, ac subleuatis in calu oculis, patrem amoris, clementiam, totius benignitatis, qui solem suum probè iuxta & improbis oriri facit, vestigis propioribus imitentur: ideoque non ea prodigalitate sanguinis Christiani propria hæc laniari viscera, diuelli articulos, ossa collidi iam sibi non suffectura ulterius patientur. non hæc se degere sciant tanquam perpetuo permanfuros: non sathana regnum posse cum Christi nomine conspirare: illud in fraudes ac cades assidue rapi: istud non aliò quàm vt pacem loquatur plebi suæ; iis qui poenitentiam agunt, sedem quietam præbeat, plenam gratiam & veritatis. Quod optimè vidit B. Ignatius martyr epist. 6. vidit & B. Dionysius in ea epistola quam de castigandi modo, & ordine, ad Demophilum exarauit, prodigiosam Christi clementiam in archetypum figens: dùm Carpo cuidam seueriori in vindicandis impiis, celo visus descendere, ac porrecta dextra latus offerre, paratum denudò quò salutis humana causa lethale vulnus exciperet, dummodò in posterum peccare desistant. Sed hæc prolixius iusto in speciem concionis politica succreuerunt, & nequicquam forsitan auris discerpta fugacibus volant, cùm stupet insanis acies

Animi plebis  
muri fortissimi.

Tyrannis  
Turcica-

Clementia,  
pacis, ac moderationis encomium.

sententiã mirabilem ex epist. B. Dionysij

acies fulgoribus, & cùm acclives animi falsis meliora recusant. Vultis ad medicinam ceu propria septa resiliam? nulli nota magis domus est sua. Reseram admirabile casum, à morbo publico & curatione non alienum: ne frustra puteris libro superiore nos docuisse, quòd vna sit ars & ratio curandi humani corporis, animique aegroti, ac regni cuiuspiam vel ciuitatis afflictæ.

Magni nominis mulier, nobilitate atque opibus potens, pietatis, formæ, variarumque virtutum insignibus longè clarissima, virum consimilem nacta, diu festos atque bilares dies in amore solido transigebat. Fato contigit, vt postquam hæc succulentia cum flore ætatis suæ ad habitum illi athleticum imprimis suspectum Hippocrati peruenisset, repente vterus intumescens noue alicuius sobolis, siue conceptus spem de se amplissimam daret. Nihil interim illi opes habere suspectas suas. Accidere singula quæ primùm gestantibus solent, eructationes crebræ, vomitiones, fastidia, (Græci  $\alpha\iota\tau\eta\nu\ \eta\ \mu\epsilon\lambda\alpha\lambda\eta\tau\eta\nu$  vocant) pallor in facie, stupor in cruribus, vertigo & somnolentia, ceteraque eiusmodi. Sed cùm paulatim & rigor, & animæ defectiones, maioreque concussiones interiorum orirentur: cepit hic ipse affectus mali maioris suspicandi causam tum medicis tum obstetricibus dare: qui tamen omnes absente marito nihil tentandum temerè cogitabant. plures etenim mensibus primis purgare corpus, detrabere sanguinem mole sua, & qualitate peccatam abortus vitio metuebant: iuxta Aphor. Hipp. 1. sect. 4. Grauida mulieres sunt medicandæ, &c. Erat aliorum alia ratio, atque in sententiam planè contrariam vergens, cui tamen & legislatoris eiusdem norma subscribit, vacuandū esse in acutis, quoties materies turget, ac vires constant, vel eodem die. Sic vtrorumque dissidentium finis in consultando & vnus, & integer fuit, isdemque principis ambo, consimilibus

Salutis publicæ viâ ex arte cyclonomicæ & medicinæ fontibus redè diduci.

Casus mulieris grauidæ in exemplū collocatur.

Consultationes medicæ ex iisdem principis in eundem scopum pertinentes, in ipsa tamè inuentione medicorum sapientissimè pugnant.

libus viis, à morbi videlicet ac laborantis cōstitutione, tendebant. Verùm in melioris electione, propter quātitatē astimatōnem, dissidium vertebatur. Hanc enim non semper ingeniosus, non exercitatis aperit Deus, sed sibi secretò seruat, inspirans hominibus quibus, & quando maximè velit. Placuit demum tanta difficultate rerum, ex differentibus hisce consiliis vnum facere. Detractus est sanguis, sed moderatius primo: inde paulatim copiosius, nequid præcipiti subductione periculi tum in conceptum teneriorem, tum in mulierem gravidam redundaret. Et iam afflicta quedã tranquillitas maior, ceu salutis spes affulserat: cū progressu temporis aliud maius se aperuit malum. Nam & liberiores medici venturã hydropis metu validiora cathartica insuper obruserunt, quanquam nunc quartus à conceptu mensis, vitalem foetum in vtero demonstraret. Hinc verò natura tenerrima cōcussa & cōcita vis vniuersa est. vt quãuis validè purgaretur, ventrem tamen inflari amplius, tum robur & impetum foetus magis, magisque diminui senserit. Quin eò res rediit, vt præter obstructions, aquosi humoris copiam, & febris lenta succresceret, extincto prope modum calore nativo; tum quod grauissimum videbatur, multis ac variis argumētis, vt torsione, palpitatione cordis, frequenti cōuulsione, lipotymia, certò collegimus & molam quampiã, vel aliud monstro quid simile, cū embryone in vtero contineri: quod victus errore sapissimè, aut intempēstiuus pharmaci natus, omne non solum foetus alimentum ad se reuclat, sed foetum vnã cum muliere rodendo sensim, sugendòq; conficiat. Orta est cōtrouersia noua, volentibus aliis, maturè foetum vel cum ipsa concepta carnis illuue deturbandum, quo salus ægrotæ femina procuretur: aliis verò, paulatim esse purgandum, quo simul & matri & puero consulatur: plurimi verò, qui virtutem scemina

impri-

Difficultas  
precipua in c-  
lectione po-  
sioris.

Multitudo  
medicorum  
perdidit Cesa-  
rem, vt in pro-  
uerbio est.

Vide quã mul-  
tis inter se lu-  
clantibus sepe  
doctorũ sen-  
tentie propter  
restimacione  
potioris in di-  
uersa ferãsur,

imprimis habuere suspectam, à tot tantisq; purgationibus temperandum penitus, desistendumq; ab omni vel leniori medicaminum genere indicabant. Hoc autem resolutione pulcherrima ab ipso sine, per medias causas & elementa quemadmodum in opere Cyclognomico demonstratum est. Exempli gratia, finis est, foetum vitalem cum ipsa muliere saluum in vtero, inter tot cruces & calamitates grauissimas retinere: salus dari non potest nisi duobus ante omnia procuratis: quorum præcipuum est virtutem in gravidis integram conseruare; quòd natura cuiusq; siue insitus calor sit primarium instrumentum, quo similitum conseruatio, extraneorum expulsio fiat, cunctarumq; partium, humorum, spirituum harmonia perpetua foueatur, imò & præsidiorum, vel medicaminum virtus ex potestate in actũ redigatur: vno etenim hoc nobis deficiente, nequicquam in reliquis laboratur. Alterum verò, sed secundarium est, vt cuncta natura obstacula seu viribus matris, seu maturando foetui aduersaria secludantur. Eiusmodi nunc multa coincidunt inter se pugnantia palam: vt febris, & hydrops, & atrophia, & mola potissimum in vtero confirmata. Sed quia illorum quæ præ cæteris vrgent, & prima debeat esse curatio: massam hanc inutilem, affixã cotyledonibus oportet expellere: quòd nimirum matri, conceptui, exaquo sit perniciosus, ac medicorum aggressiones cæteras remoretur. Verùm dependet hysdem radicibus, membranis, venis, arteriis, quibus infelix embryo continetur: vt nec sine abortus, neque ingentis hæmorrhagiæ discrimine, solũ quod vniuerso infestum est, possit excludi: tum virtus gravidæ ex antea actis detractionibus nimium fracta, vsũ vteriozem medicaminum interdicat. Adest & nausea, & appetitus deiectio, quæ nec medicina pocula nec pharmaci nomen potis est sustinere. Quid pharmaca dixi: imò ne cibos quidẽ, aut

n

potus,

Analytica  
methodi vel  
resolutoria  
tr. p. d. v. p. 102  
pectificum.

Virtutis pri-  
ma ubiq; ha-  
benda ratio.

Indicationum  
pugna.

Mole subna-  
cæ pericula.

Prudētia nauitice potissimū in tempestate cōspicitur: medici verò in morbis, cū agendarū rerū rationes maxime pugnant.

Naturę prudentia.

Per indicationes contrarias via exactę medię, vel in vtrumq; lacus sensum & cauendo extrema est nauigandum.

Vide Gal. 9. Therap.

Circa rerū extētas peritoseis exactā cognitionem solū diuinitus expectandum.

potius, quibus ipsa deiectio virium sit in *staurāda*. Quoniam igitur hac indicationū contrariarum turba deuergit: nam & medicus ipse tanquam otiosus nauitā ventis, & fluctibus vela committet, dum rerum euentus ancipites timeret, interea & meliora deos sedet omnia poscens: nequaquam verò: sed inter procellas, æstuq; contrarios ne impellendo in *syreis* & *saxa* detorqueat, ferē ad momenta singula formam consilij temperabit, medicamenta seueriora reiciet, naturam teneriorem sibi perspectam, maiori ex parte cōfirmans, quòd ea omnium moderatrix alimentis, potibus, vel paucillulum roborata, opes vberimas contineat in semetipsa: ac sæpenumero per quietem placidam, abstinentiam nudam, spontaneas aggreSSIONES faciat, vel ipsis medicis in speratas, quibus non modò (vt Epid. 6. Hipp.) conseruat propria, aliena repurgat, verum & seipsam maturitatis subsidio in forma prioris redigit *εὐπολίαν*. Quare vbi se talis offert occasio, si quidem in vigore consistit morbus, ipsaq; natura interior vis spontaneos motus prudenter inficit, totum illi negotium penitus permittendum est: sim irritata potius vel oppressa in suis conatibus antè deficiat, profectò ad instrumentum recurrimus, quod medici antiquiores *επιπέσσειν* appellarunt, vbi alternis in vires incumbitur, alternis in purgationē rei perniciose. Sed quo Mercurio ducē nunc illud se nobis aperiet, vt inter tot scopulos rebus ita pugnantibus non modò quid sit agendum ratione certissima cognoscamus, verum & quantum, & quando, & vbi conueniat, qua denique moderationis lege, vel ordine vniuersum hoc medicationis curriculum possit expleri? iam enim ex illa nimis communi rerum indagine, repente ad scrupula, seu naturam insectilem vsque prouoluimur. Profectò, vt aliàs demonstravi, omnium disciplinarum error precipuus in rerum æstimanda quantitate sepultus latet:

ret: Deus enim soli arcana scientia sua rerum mensuras, & pondera seruat. Quare post omnem ἀνάλογον εὐ est veniendum, vt impleretur calitus ille luminum parens, cuius spiritu mens accensa, ac seipsa illustrior, cuncta perspicit, quæ nulli alioqui humanis oculis parent, neque viribus cedunt, nec rationum discursibus eruuntur. Multos enim medicos ad artis specimen natura ingeniosos, præstantes industria reddidit: sola pietas, ac numinis imploratio verè felices facit. Nam quantumcumque exacta methodus sit in subsidium rationis, imaginatrix anima pars per vsum præcipuè, exempla, atque historias confirmetur: restat tamen ab intellectu notiones calitus haurienda, cū sancta & tacita aspirationis influxu, qui secum luctantes anulogismos, atque epilogismos in vnum possit adducere, cuiusq; arbitrio omne quod multiplex est, ac difforme sibi metipsum cœu basi firmissima teneatur. Quòd autē affixi rebus præsentibus tam segnitè illa spectemus, adeoq; circa res æstimandas verè vt sunt, infinitis errorum laqueis implicemur, rationem aperuit Proteus apud humanum genus, vel Aristæum multiformis naturæ symbolū representans, Georg. 4.

Non te nullius exercent numinis ira,  
Magna lues commissæ tibi hæc miserabilis Orpheus  
Haud quaquam ob meritum pœnas (ni fatæ resistant)  
Suscitat, & raptā grauitèr pro coniuge seuit.  
Illa quidem dum te fugeret per flumina præceps,  
Immanem antè pedes hydrum moritur a puella  
Seruantem ripas alta non vidit in herba.

Designat hîc Orpheus intellectus agentis vim admirabilem, cuncta ferarum genera denulcēt em. Hic sibi per harmoniam corporis, rationis passibilem vim siue Eurydicen illicet à primis mundi cunabulis in vxorem duxit. Ea verò

Resolutionis finis & cōpositionis initium.

Principiorum mutua cōspiratio latius in cyclonomicis exarata.

Progressio ad mythicum sententium totius fabulæ Orphicę, atque Euridicę.

Coniugij ratio.

Eurydices  
mors.

conspiciens humana infelicitatis idolum, quod se relictam  
paulisper ab intellectu velut apprehensurum proximè se-  
quebatur, tota in sensus desluit, atque hinc per phantasmam  
multiplicem erroribus vitæ obnoxiam, velut ab hydro im-  
mansissimo puncta, vitam, qua proprie fuit in intellectu, re-  
rum sensibilium tenebris, ac miseranda morte commu-  
tat. At quantus hic Orpheo dolor, paulò post referens  
docet.

Vita hominis  
duplex integra  
ante peccatū  
post peccatum  
lex descentu  
animi labefa-  
ctata.

Ipse caua solans agrum restudine amorem  
Te dulcis coniunx, te solo in littore secum,  
Te veniente die, te decedente canebat:

Desensus  
Orphei ad in-  
feros.

T anarias etiam fauces, alta ostia ditis,  
Et caligantem nigra formidine lucum  
Ingressus, manesq; adiit, regemq; tremendum,  
Nesciaq; humani precibus mansuescere corda.

Musicae vis.

Sic intellectus ab alto desluens, affixam sensibus ratio-  
nem velut Orco demersam, rursus virtute musica, seu per  
concentus virtutum optimarum, & notionum in superas  
auras reuellere studet. Sic Deus misertus humani generis  
post peccatum rebellionis longè grauisimum, in terras sese  
demisit, quo superatis inferis, nostrisq; sceleribus expiatis,  
sibi desponsatam Ecclesiam à tenebricoso rege in lucis aeter-  
nae consortium vindicaret.

At cantu commotæ Erebi de sedibus imis

Vmbra ibant tenues, &c.

Etenim ad intellectus argutos radios, auramq; planè  
dininam, omnes tum rationum discursus illustrati, in va-  
ria idola sensuum simulachra rationis expertia penitus ob-  
stupefunt.

Iamq; pedem referens casus euaserat omnes,  
Rediitq; Eurydica superas veniebat ad auras:  
Cum subita incautum dementia cepit amantem,

Ignoscen-

Ignoscenda quidem, scirent si gnoscere Manes:  
Restiit, Eurydicenque suam iam luce sub ipsa  
Immemor heu, vicisq; animi respexit:

Amor sanè fortissimus, arctumq; consortium rationis  
vriusque, facit vt intellectus illa vis agens & mascula fœ-  
mineam sibi repertam in tenebris respiciat semper, ideoq;  
non ante præfixum fati curriculum extra portas infernas  
hanc secum omnino in campos athereos reducere possit.  
quin postquam Eurydice nudam hanc intellectus aciem ad  
se conuersam, & luce clarissima radiantem, ex tenebrarū  
diuturna consuetudine non admodum ferat, non mirum si  
iuxta Proserpinæ legem rursus in posteriora, loci nimirum  
ac temporis speciebus abrepta, feratur. Ibi omnis

Relapsus Eury-  
dices ante  
vestibulum  
Ditis.

Effusus labor, atq; immitis rupta tyranni  
Fœdera, terq; fragor stagnis auditus Aernis.  
Illa quis & me, inquit, miserâ, & te perdidit Orpheu?  
Quis tantus furor? en iterum crudelia retrò  
Fata vocant, conditq; natantia lumina somnus:  
Iamq; vale, seror ingenti circumdata nocte,  
In validasque tibi tendens heu non tua palmas.  
Dixit, & ex oculis subitò, &c.

Qui Manes  
abripit ratio-  
nem ab intel-  
lectu.

Nequicquam agit mentis suprema particula, quātum-  
uis Deo contermina, dum tamen ad harmoniū corporis  
alligata, sequestrare conatur à sensibus rationem, toramq;  
ad se reuellere studet, inq; vnionem perfectissimam retine-  
re. Nam ipso sollicito nimis intuitu mentis in rationem &  
sensibilia simulachra, quam penè subuexerat facultatem,  
prope vestibulum Ditis rursus amittit, atque in sua relabi  
vestigia cogit. Quare hoc casu tam deplorando attonitus  
intellectus

Orphei plan-  
ctus de misere-  
tando coniū-  
gis fato.

Quid facit? quod se rapta bis coniuge vertat?  
Septem illum toros perhibent ex ordine menses

Rupe sub ærea, deserti ad Strymonis undam  
Fleuisse, & gelido hac euoluisse sub antris,  
Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus.

Orphei mi-  
serandus in-  
teritus.

Sunt hæ septenâ periodi Planetarum ad ætatum nostra-  
rum numerum, at que naturam aptissimè cõgruentes, neq;  
prius hîc animi dolor, querela carminis, oculorû lachryma  
cessant, quàm dissoluta compage corporis, per furorè Bac-  
chidum (elementorum intelligit ametriam) discerptus Or-  
pheus intreat, at que intellectus à corpore separetur. Nam  
istic per gelidos montes, iuga vasta procellis, dum vitâ sibi  
acerbam ducit,

Nulla Venus, nulliq; animum flexere Hymenai:  
Solut Hyperboreas glacies, Tanaimq; niualem,  
Aruaq; Riphæis nunquam viduata pruinis  
Perlustrat, raptam Eurydicen, atque irrita ditis  
Dona querens, spreta Cyconum quo munere matres  
Inter sacra Deum, nocturnaq; orgya Bacchi  
Disreptum latè iuuenem sparsere per agros.

Amoris ma-  
gnitudo pul-  
chrè delinea-  
ta.

Vt autem amoris magnitudinem etiam post fata supersti-  
tem explicarit, ita subiungit,

Tum quoq; marmorea caput à ceruice reuulsum  
Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus  
Volueret, Eurydicen vox ipsa, & frigida lingua,  
Ach miseram Eurydicen anima fugiente vocabat.  
Eurydicen toto referebant flumine ripæ.

Orphei atque  
Eurydice  
amoris.

Hic ille tragicus se depereuntium finis: hæc vna fatalis  
est separatio, non potentiarum inter se, sed anima totius à  
corpore: quæ & supremum imponet arumnis, at que angu-  
stis finem: cum illa inferior virtus, velut à sopore altissimo  
fuerit experrepta; cum illa superior quoque à crassiore mu-  
sica, diuinam alteram resonantem ex æthere longè purissi-  
mo comprehendet. tunc, tunc cõiunctis viribus sociata. sine  
nube

nube aut intermedio septo, in Veneris cestum indissolubi-  
lem coalescent, fructumq; amoris perpetui consequentur. Cestus indif-  
solubilis.  
Soluat lethargicum somnum Phæbus ille splendoris æterni, Allegoriae ca-  
put in Ecce-  
sia & singulis  
membris.  
in singulis quidem cum proprio fato quisque secesserit, præ-  
nam aut præmium pro merito velat unus: soluet in tota Ec-  
clesia, quando post mille persecutiones grauissimas, illam  
discerptam miserè, rursus in integrum ponet, ac nitori  
fristino reddens, inter tot umbras & latebras veri falsiq;  
discrimen aperiet. Operis  
usq; ad  
finem. Quare vt tandem his Orci compeditibus  
expediti, in atrium domini, ac lucè purissimam euolemus:  
lustrentur oculi mentis, atque ad ascensus obstacula sub-  
mouenda, hymnum hunc suauissimum ab imis pectoribus,  
ex Orphei verè diuini cythara concinamus.

Carmen cosolatorium.

Psalmi 125.

Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion im-  
mobilis in sæculum manens.

Iam fera tempestas terris, iam ferueat alto:  
Iam breuia & Syrtis, Erebi spiracula dehiscant:  
Fulguribus, ventis ruat ipso à cardine mundus:  
Cui vigor & constans animo fiducia rerum,  
Cui spes in Domino sedet alta mente reposita,  
Ceu mons immani consurgens vertice Sion,  
Seu domus, æthereas cui tantum culmen in auras  
Subrigitur, quantum radix in tartara tendit:  
Ille etiam pelagiq; minas, celiq; procellas,  
Murmurq; insano videns resonantia Ponto,  
Integer, immotus manet, æternumq; manebit.  
Aspice vallatam Solyma tot montibus urbem,  
Et iuga circuitu veteris pendentia saxi:  
Illa quidem haud fragili muros cinxere corona;  
Fortior at virtus Domini, quæ mœnia circum,

Quæ circum populiq; sui, templiq; senatum,  
 Arces, & pluteos, & propugnacula firmat:  
 Non vi, non hominum saclo concessa moueri.  
 Nam licet in miseros scelerata insania gentis  
 Impunita diu, & vasto sublata tumore  
 Saut, vt præceptis maris implacabilis æstus:  
 Ne tamen hac rerum facie concussa piorum  
 Genua labent, neu qui sensus exempla secuti  
 Dormitare Deum, promissaq; inania ducant,  
 Atque alios falsa sumant ab imagine vultus:  
 Tam veniet, iam, iam dextra diuina potentis  
 Gloria, supremis velox à partibus orbis  
 Ingruet, infestas acies, arma impia frangens,  
 Tum prius aduerso fortuna turbine preßis  
 Abstergi lachrymas, puraq; in luce videbunt  
 Nigrantes circum circa percurrere nymbos,  
 Inuertiq; vices præui, & mutabilis aui.

Maçtè boni radiis: verbi sapientia maçtè  
 Muneribus, qua cuiq; suo pro iure parasti,  
 Perge pius, perge ò vultu aspirare sereno,  
 Et capita inuisi generis fugitantiæ recti,  
 Ocyus illa tui cum vento flamma furoris  
 Abripiat quòuis, scopuloq; insigat acuta.  
 At terra, populiq; tuis Pax aurea palmis  
 Vberibus, iam un expediant frondentis oliuæ,  
 Quam saliant circum pueri, innuptaq; puella,  
 Matres, atq; viri: colles, ipsa aquora plausus  
 Ingeminent: clara testentur voce, Deorum  
 Te Patrem, ac Dominum aternos regnare per annos.

Cogitavi vt intelligerem hæc, sed labor est coram me:  
 Donec intrem in sanctuaria Dei, & intelligam quæ  
 missima eorum.

Platmo 73,

761 ①

Casus

Casus mirabilis cuiusdam abscessus in puella Loua-  
 nienti, relatus nuper in prodigiorum classem,  
 vbi vberius in medicorum gratiam explicatur.

**P**Vella nobis vicina, filia doliarij fabri, annum agēs et a-  
 tis decimum quintū: habitu corporis mediocriter suc-  
 culento, forma venustate atque ingenio nō vulgari, cui ta-  
 men in vultu subtristis quadam alacritas misturam aqua-  
 bilem humoris sanguinei & melancholici præ se ferret, (no-  
 men huic inditum Catharina Gualteri) cepit liguere va-  
 rius symptomatibus circa Ianuarium anni 1571. mensibus  
 reuè processerāt: sed à morbi initio statim suppressi in-  
 signem totius corporis latitudinem pepererunt, eius gene-  
 ris quam φλαγμονώδην Galenus appellat. magna fuit ve-  
 neni suspicio, quod à gentili & coetanea quadam quæ sibi  
 offensam semel, & minitatum grauitate antè meminerat,  
 obtusum libamenti frustulum accepisset, in quo menden-  
 do se sensisse dicebat saporem non prorsus extraneum, sed  
 asperitatem deglutitioni resistentem. Atqui ab eo tempore  
 cepit primum angere circa præcordia, extenuari plurimum,  
 vomere per interualla, aorexiã, veriginem pati, aliisque  
 propè quæ grauidis solent accidere, infandus symptomatibus  
 confluari: potissimū tamen quarto mense & septimo: nam  
 circa medium Iunij febres occulta sensim in manifestas  
 abierunt, cum siti & quadam conuulsionis specie, animiq;  
 deliquio. Interdum verò sic auctus est dolor, vt instat furi-  
 bundæ de loco in locum continuè fluctuaret. Sape inflatis  
 præcordiis multò vehementius quàm in hystericis solent, ed  
 angustia venit, vt nigricante facie, fauces velut ab iniecto  
 laqueo premerentur. Nec leue illud spectaculum fuit: tres,  
 quatuorue ministri quantumuis robustissimi, vix retinēda

Morbi occa-  
 siones atque  
 præluia.

Symptomata  
 indices gra-  
 uiora.

n 5

suffi-

sufficiebant: quin repente exiliens lecto in omnem conuulsionis speciem torqueretur: vt magno horrore assistentium, pleriq; obfessam virginem à malo demonio clamarent. Hæc mala cum se per vices intenderet, atque remitterent: mense Augusto, qui nonus ab initio fuit, exacerbata sunt supra modum. Fortè euenit, vt tum pertæsi primùm molestia, spem ferè quam antè conceperant ex vnius naturæ integritate, deponerent: & (quæ nostratum hominum consuetudo est) in summo turbine tentandam medicorū operā iudicarent. Ventum est ad me primò, quòd cæteris vicinior forem: sed cum abessem, quo tempore mors in limine videretur, accitus est D. Doctor Beaufardus: qui vt conspexit afflictam miserè, non malè à vermibus mali ferociam est suspicatus. Præscriptum audio puluerem ex cornu monocerotis: qui cū in officinis agrè parabilis esset, euenit interea vt post terribiles cruciatus sponte cõcita vis naturæ, anguillam viuam per posteriora detruderet, quam ad me protinus detulerunt. Erat illi legitima forma cum tota specie, crassitudo pollice maior, longitudo pedis vnius atque dimidiij. Aderant illi & squama & oculi, & spina, & cauda vniuersim vt in anguillis solet. Quin quod magis mirere, trididit ante quam foras eruperit, auditum narrant bis terue in vtero sonum, non ipsi puella modò sed & assistantibus circumquaque, velut argutum, & tenuem ab angue productum: & cum egereret, manifestè puella retulit se sensisse, quòd primùm exerto capite se retraheret per posticam, inde cū impetu exiliret. Iacebat anguilla diu inter faeces velut exanimis, sed coniecta in vrinam aqua plenam, reuixit denud. Cessarunt ab huius excretionem dolores illi extremè feroces. Sed quæ sequuntur stupenda magis symptomata, nihil est quòd præcedentibus conferantur. Hactenus velut partus ab vteri gestatione successit: superest puerperium, di-

Anguilla viuæ excretio portenta per se dem.

boni

boni quàm admirabile! Anguilla, quæ mortuam exenteratamq; suspendent loco sublimi ab animalibus tuto, repetè euanuit. Puella interim cœpit euomere ingentè aquosi humoris copiam, quæ ego tum quoque vocatæ vidi humano lotio non absimilem, saperis vt ipsa narrabat absurdi. Durauit ea vomitio plus 14. dies, singulis profectò exonerans supra libras 24. vel vt vulgo nominat gheldas 3. Testor hæc omnia nobis non ex relatione describi, vidi inter alios his oculis meis, atque his manibus contrectaui. Nec magis obstupui, quam vbi vidissem tanta humiditate per os excreta, nihilominus vrinam interdum bis terue reddere copiosam: quòd nullus in ventre tumor, nulla in toto corpore inflatio exterius appareret: quòd ipsa puella potius ac cibi paucissimi, vix vnum cyathum vini, aut cereuisiæ, aut liquoris alterius potiret. Eò venit hæc aquæ excreta abundantia, vt spatium duarum septimanarum facillè amas duas implere potuerit. Antea quidem bellè cū cæteris ratiocinabar, tanquam hæctenus visa in ipsius putredinis modo causarumq; effectricium analogia, naturam suam quantumuis reconditam obtinerent. Sed hæc tam enormis quantitatis ratio, quòd omnem vim superet intellectus, certam apud me suspicionem prodigiij fecit, ac latere in eo quippiam vel summe diuinum, supra corpoream molem, supra syndromen physicam, spiritum, atque anima facultatem, vt ex progressu rerum euidentissimè liquet. Namq; post decimū quartum diem, singula rursus accuratissimè in examen reuocans, ventrem offendi compressum & planum, vrinas sanorum lotio non admodum differentes: pulsus, respiratio non omnino præter naturæ, nisi cū paroxysmus inuaderet, tunc enim vtriusque facultatis quadam oppressio, vel plena abolitio ad multum temporis videbatur. Quæsiui num in hypochondriorum altero quicquam persentisceret: aiebat multum

Præstigiolum quiddam.

Vomitum mirabilis.

Nota quantitatem prodigiosam, ex qua primū diuinitatis character effluit.

Inquisitio medica etiam circa casum morborū prodigiosos.

multum sibi dolere sinistrum latus, ab eo tempore quo anguillam excreuerit, imò & dudum antè; sed prius fuisse alius cuius ponderis sensum, nunc etiam morsum & acrimoniã accessisse. Quin cū validius premerem, offendi se grauius dixit, nec parua parentes hac de re admiratio subit, quòd ipse hoc prius tentando inuenerim, quã cuiquam à laborante proditum fuit. Nam ipsa virgùcula præ doloris acerbitate, non omnia referebat: sed interrogata ad singula, quorum meminerat, exacta ratione respondit. Cum enim curaturo oporteat alia quadam respicere, ac præsertim continentes & proximas causas, formam affectionis scilicet, locum affectum, & materiem (si qua sit) ea sede contentã: cœpi per resolutionem altius cogitare, ac statim id subit, anguillam eiusmodi non potuisse tam diu in ventris spatio delitescere, quin prius excerneretur, quàm tantam molem sit consecuta, si modo in stomacho, ventriculo, aut intestinorum quopiam habitasset. cùm quanto minor sit, tanto facilius elabatur: neque illius locus in cavitare abdominis potuit assignari, sic enim non nisi disruptis intestinis exitum reperisset. Idem de cæteris locis humani corporis iudicandũ est. Nam abscessus ingentes, acus, & alia istiusmodi per vasorum anastomoses mirabiliter vacuari, nõ nego: & frequens hoc docet historia: sed de anguilla crassissima idem sperare absurdissimum foret. Quia tamen per aluum quasi ex sinistro hypochondrio foras erupit, atque in eodem latere permansit contumax dolor, vt etiam omnes paroxyismi deinceps hinc velut aurã quadam delata, primum sui auspiciũ apertius præmonstrarint, ac postremò infanda quæ sequitur rerum excretarum varietas per œsophagum sit delata. Mibi profectò iam non cognoscere ceriò, sed videre locum affectionis existimaueram, apertè sentiens natam anguillam intus in intestino cœco, ea potissimũ parte qua

Methodus inuestigandi loci affecti.

Vbi hæc anguilla laterit.

per

per omentum, & conterminas venas, tum lienis corpori, tum fondo ventriculi adhærescit, vt etiam ex sympathia stomachi magis, magisq; postea demonstratum est. Nam quicquid abscessus reliquũ fuit, vniuersum eò decubuit, ac vomitione secessit: per aluum inferiorem penitus nihil. Sed quia iam pridem adducta ratio subinde in diuersam sententiam concitaret, neque putarem istuc tam subito nasci anguillam, neque tam diu formatam rectè consistere potuisse: aliud quiddam in mentem venit, quod per frequentes anatomes in Xenodochio sum consecutus: nasci interdum abscessus nobis reconditos, quorum materies diutissime velut inclusa membranulis teneretur. quas ipsa humorum copia, vel edax malignitas sibi efformat inter diploides pleuræ, peritonei, aut cuiuscumque menyngis alterius: vt euidenti exẽplo patuit in dissecto cadauere domini de Schoonhoue: cui ex percussione, dum iuuenis esset, equina calcis in ventrem, locus factus est imbecillior, senectutis tempore fluxio nata in diuturni abscessus speciem transiit, ac suppurata demum, erosio membranulis, è peritoneo in abdominis cavitatem decidit, vnde paulatim putrefactis intestinis, ac diarrhœa superueniente, decessit. Sed hæc in aliis non infrequenter adeò sunt animaduersa: nunc quamuis quæ viderim hæcenus in puella maiori ex parte quid metaphysicon redolerent, hoc tamen vsuuenire putabam, vt quæ non naturaliter fierent, plerumq; tamen haberent naturalem essentia modum, ex materie corporũ, nec non formatũ auspiciã, rationesq; seminarias, & filium generationis acciperent. Quare non alienum à ratione credidi, ad instar istorũ abscessuum, primò fuisse collectam materiem inter intestinorum tunicas, quibus paulatim à mole diuulsis, tumor pependerit intus in quo anguilla facta sit generatio, non alia ferè quã factus in viro, inq; membranis suis. Sic enim fieri potuisse,

Demonstratio ab exemplis.

Historia dissecti corporis.

Naturales causas vt plurimũ metaphysicis permisceri, ideoque & duplici curatore totum in illis negotium peragendum.



Causarū effe-  
ctuumq; con-  
nexio metho-  
di fundamen-  
tum.

Authoris  
præfagium.

Mirū cōmen-  
tum dæmonis  
ad exprimen-  
dam cōceptus  
partusq; si-  
militudinem  
loco nō suo.

Pilorū excre-  
tio portætofa.

Deliquia.

tuisse, vt primò exigua nō adedò vehementer affligerit, au-  
gescens postea tot fuerit dolorum & cruciatuum causa,  
donec via vis facta, & velut matura partui abscessum ru-  
perit, fractusq; meningibus sic se effuderit foras. Docet verò  
hanc formam generationis totius, omnium precedentium  
pariter & sequentium perpetua symphonia. Nec adedò sum  
falsus animi, quin quamuis exigua spes in medicorū auxi-  
liis putaretur, vno tamen præfagio multos in artis admira-  
tionem, cultumq; pertraxerim. Nam & membranas va-  
rias, variamq; humoris speciem, cū mira supellectile pro-  
dituras, dudum antè prædixi, quā euenus ostenderit palā.  
Omnino id mihi persuasi, causam motricem quiddam existi-  
tere supra naturam, sed quæ materiem sibi ex naturalium  
rerum genere in subsidium sumeret, formā affectionis me-  
taphysicam sanè, sed physica consentaneam sequeretur:  
quippe quæ partus naturalis imaginem, imò gestationis  
totius conceptus, & puerperij, non in subiecti legitimo loco,  
aut specie constitueret. Quare nec modum curationis sim-  
plicem vltra restare conieci, sed partim præceptis medicis  
esse nitendum, vt causa proxima tolleretur: partim lustra-  
tione, precibus, atque elemosynis, quo possent & præcedē-  
tes, & procatartica velut iniectis vinculis refranari. Atq;  
vt redeam vnde diuerteram, vbi per 14. dies ingens illius  
aquosi humoris copia profluxisset, cæperunt & pili conser-  
tim exire per vomitum alui, copiosissimi numero, digiti lō-  
gitudine, sed longiores alij, alij breuiore, eiusmodi sanè  
quales annosis canibus euelluntur: auctaq; est indies ea pi-  
lorum quantitas, vt facillè pilas quæ plurimas iusta magni-  
tudinis implere potuerint. eiecit hos omnes magno fasti-  
dio, ac vomitus difficultate. Ac iam circa vespèrū deliquia  
quædam animi admirāda contingebant: quæ primò in vim  
veneni, ac vermium corruptelam reijcere solebamus. Sed  
magis

Ecstasis ad-  
mitanda.

magis magisq; se proferebat, quod diuinum maximè, atq;  
à ratione secretum fuit. Cum enim vespèri in ipso defectu  
puellam velut exanimem offendissem: diligenter obseruans  
singula, vidi supinam subitò sese ex vno latere in aliud ia-  
dantem tanto impetu, vt, nisi coercita, caput promptissi-  
mè in aduersum parietem, vel sponde vertices inpegisset.  
Manus contractæ erant tam validè, vt nulla vis posset ef-  
fingere. Interdum manu subitò reducta pectus percutie-  
bat, tanto sonitu ac vehementia, vt magno in periculo fue-  
rit, ne vllum præcipuorum viscerum lethali vulnere viola-  
ret. Durabat istuc per horas interdum duas à septima ferè  
vsque ad nonam vespertinam. In paroxysmo neminè agno-  
scebat. sape velut ab vtero suffocata rubebat insigniter, ac  
ferè is rubor sub vespèrum erat mali alterius certus præ-  
nuncijs, cū lassitudine quadam, ac sensim oborientis febric-  
ula rudimento. Semel atque iterum spumeum quiddam  
circa os apparuit: vt iam planè mihi constaret veras acces-  
siones epilepticas permisceri, ex emprosthotono in opistho-  
tonum, & hinc in alternatā specie successionis lege mira-  
bili transeuntes. Itaque & morbos natura solitos in affe-  
ctione insolita contemplatus, illa porrexi quæ in morbis co-  
mitialibus secundum methodum, artisq; consuetudinè opi-  
tularentur: imprimis consydratione adhibita, quod genus  
hoc vniuersum nō ex idiopathia cerebri, sed tantum ab in-  
fernis locis, ac lege consortij promanaret. cū statis horis, ac  
simili propemodum forma malum recurreret, ac manifestè  
cum ipsa accessione anhelitus breuior, pulsus inæqualis &  
turbulentus, præcordiorum saua inflatio, stupor interiorū,  
exteriorumq; sensuum subitus appareret. Contigit semel,  
sub paroxysmum repentiè ex risu in fletus, ex fletu in risus  
maximos solui, & cum ad se reuersa paululum, in longam  
ecstasim laberetur, subitò silentium rumpens, non secus  
atque

Ecstasis di-  
uina.

atque cū Deo locuta est, velut attonita extensis ad calum digitis, ferè his verbis: Irāne ò summe Deus tua illa tam incredibilis pulchritudo est: quousque nobis hic permanendum: aut quando me rapias vt te fruatur? Tum quasi à somno altissimo expergescens, sic coram assistentibus inquit, Ecquis vestrām ita mihi est odiosus, qui me summa quieti traditam, atque in hortis floridis longè pulcherrimis lustrantem, in hunc miseria campum ac tenebricosum carcerē reuocari? Quae sanè dicta grauiusimè; quo pacto à puella rudiore, praesertim huius aetatis, efferri, nisi per ecstasim possint, minimè video. Venit in mētem quod de Hippothoi famula 6. Epid. scribit Hipp. Porro cū ad se tota post paroxysmi curriculum redisset, inquirenti denud num quis dolor vlla in parte corporis superesset, sinistrum hypochondrium designauit: cuius is erat sensus, qui recentiori vulnere solet. Cum illi darentur vel acriora paulo, vel acida, vel aromatica, statim dolores bilatus afflictum violentius impetebat: vt se morderi, excoariariq; extrinsecus clamitaret. Exhibito decocto Zarse parilla cū rad. consolidae maioris, plantaginis, ligni aloes, & cinamomi modico, dolor hic valde lenitus fuit. cessarunt accessiones comitiales per aliquot dies, vbi octiduum potisset: imò & lateris tumor paulo factus remissior, aqua excretio planè cessauit. Interea tamē nonnulli vomitus, qui floccos ingētes pilorum eijcerent cū materie purulenta instar saniei, interdū simili stercore columbino aut asserino: in qua colluue & frustra lignorum, & membranarū tenuia rudimenta; sed lignorum partes aded viua, vt ex caudicibus obsoletis distractis inaequaliter comminuta portiones viderentur, vnguis amplitudine, alea crassitie, intus fungosa, foris obducta vetustiore cortice nigro. Dedi corallinam cū oculis cancrorum, & cornu ceruino, adiecto momento lapidis Bezahar, atque ossis de corde cerui.

Doloris species in hypochondrio sinistro perforans.

Curatione medica.

Excretiones variae omnes mirabiles.

cerui. Paulo post cepit alius vomitus ater vt carbo, dixisset atramentum verum, vel sepiæ succum, imò carbones veros minutissimè tritos, atque permistos, singulis diebus produm es ad quantitatem lib. ij. aut iij. sapissimè cū pilis tan copiosis, vt nuci iuglandi includi non possent, omnibus albis, prolaxis, & duriusculis; quae cū per triduum ita durassent, eiecit semel & puri sanguinis tanquam è vena dissecta libras duas, nulli rei alterius generis permistas. Interim puella extenuata plurimum, interdū tamen valebat mediocriter bene appetens, bene excernēs. Reddebat & lotium naturale: pulsus mediocris, frequens, sub aridus, color viua, subalbidus, macilērior quidem, sed animus hilaris, & afflictionum grauiusimarum facile obliuiscens. Noctū quies vberior, nullis interrupta symptomatibus malis. Haerebant tamen interdū dolores circa ventrem, atque praecordia, praesertim vesperi, rarius sub aurorā: nam tum vix semel atque iterum apprehendit. A vomitu sanguinis rursus secutus est ater, ac si antimonio trito tinctus fuisset humor, omnino liquidus, in dies singulos ferè ad lib. v. aut vi. atque hoc portentum septimanam integram constanti horarum lege, & spatio perdurauit: ac tum relinquere penitus ceperunt epileptici paroxysmi, qui primū diebus singulis affligentes, postea non nisi post tertium diem, ac postremò post septimum repetierant. Tum quoque puella facta alacrior, adeò roborata est, vt etiam prodiret foras, atque discurreret quacunque libitum esset, imò & parentibus necessaria compararet. Magni id ipsum loco miraculi venerabar, à tantis, tam diris, diuq; perseverantibus tempestatibus non aliter fuisse constractam: certo & perspicuo in omnibus argumento, multum hic valuisse artes diaboli, qui miseram permissione opificis nostri vndecumque concuteret: sed rursus & boni genij praesens auxilium astitisse, vt quam leua

Vomitus atramenti.

Sanguinis puri.

Diuini numinis protectio manifesta.

Virtutis constantia prodigiola.

Curatio per  
diuina officia.

Dei manus ferierit, eiusdem superimposita dextra sanaret. Neque me puduit, prater ea qua ex natura thesauris contuli, etiam diuinorum cultus acrius inuestigare. Legebatur instinctu tum nostro, tum aliorum, diuinitatem illud mysterium sacrosanctum, In principio erat verbum, &c. quo quidem antidoto ex lucis aeternae luminosis radiis temperato, nullum profecto potentius intellexi contra principes tenebrarum, si & preces sanctorum in terris ac caelis, si opera pietatis oblationesque accesserint, si diuinarum rerum officia, Ecclesiastici ritus, sed ante omnia mens in Deum defixa, per confessionem ac poenitentiam à veteris vitae iniquitamentis optime repurgata. Quid autem illi momenti habeant viuo exemplo meus aliquando expertus est P. M. parens, qui (vt ab illius ore audiui plus decies) claudus utroque crure, imò paralyticus, à cunabulis vsque ad sextum aetatis annum, cum subnixus duplici scipione ac matertera ductus, festo solempni D. Bonifacii in templum illius peruenisset: statim oblato munusculo ante omnium ora sese erexit in pedes, atque dehinc restitutus perpetuo in integrum fuit. Sed hoc sic obiter dictum. Redeo ad puellam, cui prater diuina officia multas quoque confectiones tum aduersus venena, tum corroborandi gratia temperaui. Dedi rursum corallinam cum oculis cancerorum, & puluere Zarsa parilla: & quia plerisque vasibus ex diuturna vomitione ruptura mentis accederet, radices consolidae conditi saccharo iusti, & sub auroram sepius exhiberi. At virgo interea pilos adhuc, sed pauciores, gradatimque atriores excernebat, imò & breuioribus indies: vt cum prius ex flauo rasset, paulatim lividi, nigri, tandem aterrimi, ac velut dissecti in frusta minutissima per vomitum redderentur. Quandoque cum his & virulentus humor, & crassus, quandoque simillimus limo. Circa Septembris medium membrana frustra maiora,

Historia rara  
in patrecau-  
thoris.Membranarum  
prima excre-  
tio.

tan-

tanquam ventriculi partes, euomuit: habebant hac specie tunicam crassioris, carnosam, lentam, fractuque cotumacem: quibus profecto vt fetus in uolucro chorocidi, etiam venarum ductus inarati ramosa propagine spectabantur, interdum medij palmi longitudine. Has alia sunt è vestigio subsecuta et tenuiores multo, sed penitus nigrae, venarum dumtaxat vestigia referentes, alioqui membranae allantoicidi non ab similes. Postremò venerunt & tertij generis tunica vasorum prorsus expertes, aliarum omnium tenuissima, vt locum arantij retinerent. Sed erat his alia multo substantia atque figura ratio, quàm in aquinis sextuum in uolucris. Nam huic tenuitati aderat mira soliditas, figurarum ratio quouis miraculo maior. Fragmenta illius varia, sed tria praeceteris rara duorum palmorum amplitudinem superabant, intertexta striis profundis sine epigraphis: quae sese à vertice ad basim secantes mutuo, cancellos in rhombi speciem efformabant, non habeo cui melius conferam, quam cum senecta vipera: quanquam nihil hactenus à me conspectum fuit, cui posset merito comparari. Sed hoc in eo praecipue admirandum, quòd secundum longitudinis ductum velut canalibus quidam profundior appareret, insculptus fibris transuersis & raris, prorsus vt in aspera pulmonis arteria. Erat hac regio penitus caua & circularis, in vniuersa membrana fastigio paulatim angustior, anguini capitis vestigium representans cum apophysi mastoidei, seu processu mamillari: in alterius sine sensim latecens nescio quid ventricosum & inaequale, etiam bifurcato verticibus ab simile, praeseferret. Vniuersae partes inuicem coaptatae totius anguilla longitudinem, atque crassitiem satis luculenter expresserant. Illud autem tuberculum papillare viam fuisse respirationis existimo, forte per quam & solidis & humidis ad sui nutritionem necessariis vesceretur. Postquam hasce membranas eiecit se-

Secunda.

Tertia praeceteris stupida.

Membranarum delineatio.

Anguilla vestigium in membrana.

Lapides creti.


cuti sunt lapides ferè innumeri, quos vesperi semper, ac  
 statim horarum periodo, magnis cū tempestatibus, animiq;  
 deliquis eructabat. Forma fuit eiusmodi quæ passim in ve-  
 rustis edificiis ruinis solet occurrere. Lapides solidi, an-  
 gulosi, inæquales tum specie tum magnitudine, quæ subin-  
 de ad nuclei iuglandis quantitatem accessit, non absque sus-  
 focationis discrimine manifesto. Videbantur quandoque  
 obiecti calce, & coagmentati variè, vt ab illis qui parietibus  
 detrahuntur distingui non possent. Semel me presente  
 quendam eiecit lapidem angulosum, vix cū duplicis casta-  
 neæ mole librandum. Hæsit is per hora quadrantem, aut  
 plus eo in œsophago: sic vt & tumor insignis id ipsum osten-  
 deret in externa gutturis regione. Eodem temporis spatio  
 omni pariter & pulsu, ac respiratione destituta perman-  
 sit, vt ne pluma quidem ori apposita moueretur. Manus pe-  
 desq; frigidi, corpus rigidum instar statuae, vt ipse ego nil  
 amplius ad vitæ spem reliquum arbitrarer: quin commi-  
 seratione percussus abitum properabam, actum esse procla-  
 mans, cū subitò me reuocans mater, moueri filiam rursus,  
 atque oculos aperire constanter assereret. statim vt reuer-  
 sus fui, saxum illud magna spiritus contentione proiecit, vt  
 & vomentem viderim manifestè, & in lebetem sonitum  
 cadentis audierim, magno horrore tum animi mei, tum tur-  
 ba vndique circumfusa. Euestigio magnam quoque ligni  
 portionem pollicis longitudine pariter, & crassitie, sed mi-  
 nore difficultate secreuit. Erat hoc satis porosum, st. amini-  
 bus rectis insigne, cui & commissura quedam insignior, ve-  
 lut per medium tatius longitudinis excurrebat. Interea ta-  
 men & pili per vices, sed minores ordine, pauciores ac ni-  
 griores. Accessit aliud quod omnem excederet fidem, quoq;  
 puella in summum strangulationis periculum venit. os  
 enim triangulare solidum foris, intus cauum, ac spongio-  
 sum

Rarum spe-  
 ctaculum.

Ligni excre-  
 scio.


Offis trian-  
 gularis excre-  
 scio.

sum reddidit, ferè huius formæ & magnitudinis, † vt planè



constaret esse fragmentum auris bubuli: ac parès diceret,  
 se tale vidisse pridie in suis caribus iurulentis. Nec mo-  
 ra sequenti die articuli offei, tali, digitorum acies, rotula  
 variæ speciei & magnitudinis prodierunt. † Interdum tamen

Articuli varij  
 per os redditi.



& pili & lapides intermixti, atque omnium postremo vi-  
 tri & aris portiuuncula, quam cum cæteris rebus excretis in

vnā tabellam curauimus exarari. Magna pars singularum mihi dono à parentibus data, ad aeternam memoriam asseruatur. Iam verò non amplius de causis metaphysicis dubitandum est, adeoq; lustrandam sacris omnino, & sacerdotum precibus assereram. Atqui diuinis missarum officii ritè peractis, collatisq; elemosynis, statim illa portentoſa excretionis & tempeſtatis genera conquierunt. Virgo quidem arumnis aſiduis valde concuſſa, ac decolor manſit ventre ſubturnido cū aorexia, tanquā ad hydropiſim valetudo vniuerſa ſpectaret: ſed ſolo decoctor ad eryngij, aſparagi, iridis illyr. ac Zarſe reſtituta cōualuit. Aiebat ſibi tumorem relictum in inguinibus, quem vbi tentauit digitis, ac cedere vidi, berniam flatuoſam ſubnaſci ex vomitus violentia iudicauit. adhibitis ergo conſolidantibus medicamentis extrinſecus, adiunctaq; ſaſcia cum puluillo, ita curauit vt rupto ſolco. Huius prodigioſe hiſtorie duo præcipua ſum admiratus. Primum quòd cū res ſingula ſupra naturæ ſpecie ſpectarentur, ordo tamen pulcherrimus ac naturæ gubernatrici conſentaneus effloruerit. Deinde (quod longè maximum puto) cū afflictionis magnitudo atq; frequentia vires humanas propemodum ſuperaret, ipſam tamen vel ſtatim à paroxyſmo liberam, non ſecus animo prompto & alacri ad ſolita negotia rediſſe, quā ſi lenis dūtaxat febricula tenuiſſet. Omnino ratiocinabar vniuerſum hoc ſingulari factum providentia Dei, quo ſcopo nō aſſequor, nec puto plenius à quoquam intelligi. ſed demonem fuiſſe miniſtrum, qui naturam corporis vnā in ſubſidium adhibuerit, illa ludibriorum inſinita varietas oſtendebat, qua non modo artis noſtræ machinas atque conſilia, ſed & ſuperſticioſam inquisitionem de cauſis rei ridere merito, imò ex compoſita videbatur. Naturam cooperari ſucceſſus rerum, ordo & materia apta diſpoſitio vñ in coloribus tum figuris edocuit.

Aſtitiffe

Diuina officia  
quantū con-  
ducant vide.


Morbus reli-  
ctus medica  
arte curatus.

Examen to-  
tilis hiſtorie

Aſtitiffe poſtremò & angelum bonum, ſtupenda tum præſeruatio, tum repentina liberatio ſatis demōſtrat. Ita quidem in vno ceu paradyſmate longè clarifiſimo, ſe diuinorū omnium connexus aperuit: quiddam in materie corporis, quiddam in anima ſpirituq; ; quiddā poſtremò in angelis bonis & malis: quorum omnium apex atque faſtigiū Deus, qui nodo amoris inexplicabili ſupremis inſima pariter, ac media iungit, atque ita res hominum atque deorum, mare & terras, variūq; mundum temperat horis.

Varia ſuppellex excreta puellæ  
anno. um 14.


1. Anguilla viua per ſedem.




2. Pili varij per os excreti.



Membranæ variæ ceu fœtus  
inuoluta.



Lapides vomitione  
reiecti.



Ligni frustulum.



Æris frustulum.



De raro

De raro genere Epidemicæ febris ac pestilentis, quæ ad Galeni Hemicriteos accedens proxumè, magna contagij vi totum biennium pergrassata est, etiamnum durâs in hâc ætatem anni 1574. Quo quidem exemplo lôgè aptissimo methodus vniuersa tum ad causæ inuentionem, tum ad curationem in morbis abditissimis aperitur.

**Q**vicunque affectionis alicuius, aut substantia naturâ sibi reconditam arte velit elicere: ille discursionis simplicis filo, causas eiusdem affectionis, considerat: accuratam in illis seriem connexam, & conspirationem mutuâ peruestigans: vt tanquam à precedentibus, & ponè sequentibus internam essentiam rei, seu causas constitutrices proximas consequatur, id est formam atque materiem: quæ totius progressus à ratione cœntrum aliquod, vel punctum medium representant. At qui nos huius gratia discurrentis animi carceres tres, totidèq; vias ac principia in cyclognomica arte depinximus: quorum complexu mutuo, vel naturarum omnium recessus penitissimos ingredi fas sit. Verùm vbi de rerum agendum ratione proponitur scopus, velut curatio morbi, conseruatio ciuitatum, humanorum affectuum moderatio: tum sanè vltiore analysi (vt & illic præceptum fuit) nobis est opus: nam profinis variâ notatione, semper tres terminos ante oculos collocamus: agens, patiens, & intermediam vtriusq; proportionem. vt in dirigendis expeditionibus belli duces aque præfecti naturam imprimis aduersaria clâsis, aut vrbus oppositæ diligenter explorant: vt situm, structura speciem, indolem animorû, artes, machinas vniuersas. Deinde & suorum militum vires, instrumentorum subsidia, opportunitatem locorum & temporum, ac postremò virorumq; inuicem facta comparatione,

Breue totius cyclognomicæ methodi diagramma.

Questionis simplicis indagatio per analysim & rationalis animæ triplicem viam.

Questionis practicæ resolutione.

Vbi que termini tres.

Simile in expeditionibus belli.

ratione, suorum vires similiarum analogia seruare quāmaximè student, hostium facultates contrariorum oppositione cōuellere, per proportionē videlicet instrumentōrum ad res obiectas singulas, nomine quātitatis, figurae, situs, & aliarū rerū, quae similitudinis, dissimilitudinis analogiā characteristicam comprehendunt. Sic etiam in arte medica cū curare volumus morbum, resoluitur huius curationis inuentio in affectus naturam altius perscrutandam, deinde in praesidiōrum copias ac facultates, postremò in proportionem virorumq; vt medicamenti ad morbum, futura ad vulnus inflictum, veētis aut ferula cuiuscunque ad formam curis, aut exart breuatis speciem in officina chirurgica. Hac autem cognationis aut contrarietatis firma inuentio, per 10. gradus subst. quantit. &c. per indicationem reperitur: quae nihil est aliud, quā rei agenda ratio, sumpta à natura vel causis proximis ipsius subiecti, circa quod versamur. quāquam & alia sit quadam endix eos species vel ab effectuū genere sumpta, vel à remotioribus causis, tanto infirmior sanè, quanto illius principia longius à rerum essentia interiore distiterint. Planius omnem indicationis naturam ita definio, vt sit demonstratio quadam similis, aut contrarij ad actionem artificis necessaria. Omnem verò illius doctrinam quisquis tenere compendio volet: non eò se redigat quòd plures tum veteres, tum neoterici solent, tot ferè indicationum species statuentes, quot sunt loci à quibus deriuantur. Aliud certè est indicationum genera, aliud species recensere: aliud denique fontes, aliud fontium capita, vel riuos in fontem vnum profluentes. Indicationum genera duo tantum reperio: aut enim exigimus inuentioem similiarum in seruandis rebus, aut contrariorum in obtinendis & profigandis. Species tantum pro categorica clasiss discriminatione tribuuntur: nam similitudo, contrarietas, latius accipio

Similitudinis applicatio ad medicinam.

Indicationis siue indicatioes vltis pulcherrimus.

Differentia accidentalis.

Definitio.

Indicationū traditio quot capitibus contineatur.  
1. Ind. genera.

2. Ind. species.

cepto vocabulo, alia est secundum subst. alia quantitatis, qualitatis, loci, temporis. Fontes indicationum, id est praecipua penuria vnde promanant, differunt pro vt similiarum, aut contrariorum inquisitio fiat. Nam vbi conseruare est animus, prima indicatio sumitur à virtute, secundaria à morbo. Contra vbi oppugnare decretum est maximè, prima habetur affectus ratio virtutis non nisi ex accidente, vt & Gal. eleganter explicuit Meth. & her. Ergo in conseruanda valetudine à totius hominis robore, vel partis affectu, alimenterum & potuum ineunda est ratio. In oppugnandis morbis, à morbi essentia ceu proximis causis: quae semper ad minimum duae constitui possunt, locus affectus, & affectionis forma: interdum accedit & materies loco contenta, quam malunt plerique inter affectrices recensere. saltem quicquid abijstatiuant de continentibus causis, mundi res vniuersae formam & materiem habent, quae iuncta illarum essentiam verè, proximèq; componunt. sic & morbi, & symptomata, affectionesq; qualescunque locū habent in quo existāt aut fiant velut materiem, & modum affectus velut formam: ceteri Arist. in met.aphysicis aptè accidentium definitiones ingredi subiectum voluit loco formae vel differentiae, formam loco generis siue materiae. Vt in pleuritide, cū dicimus inflammationem membranae costae succingentis: inflammatio generis quoddam vocabulum est, sed à loci peculiari specie restringitur ad solius pleuritidis notionem. Nunc verò quia fontes indicationum vtrarumq; sunt obscuri, quòd intellectus acies astricta corporeis, rerum intima non ita pauximè consequatur, à proximis causis vel fontibus totius compositionis ad riuos singulos procedendum est, id est, affectus & causas vltiores ita naturam facultatum, vel virium modum à posteriore cognoscimus, per pulsus & respirationis officia, perq; alias actiones

3. Ind. fontes.

Causas continententes in omnibus dari.

4. Indicationum capita prima.

actiones in singulis partibus apparentes : à priori verò, per cuiusque temperaturam propriam, & communem, per sexus, ætatis discrimina, & consuetudinem, quæ naturæ proxima recensetur. Ita morbi essentiam rursus à posteriore siue effectibus per actiones læsas per excretiones & passibiles qualitates, quod harum vnaquæque in genere subst. quant. qualit. naturam causæ suæ proximioris 4. loci & materia, & ex consequenti formæ totius indolè representent; à priori verò eadem scrutamur à præcedentibus causis, ut naturæ totius promptitudine, temperamento, partium cõformatione procliu ad hæc vel illâ affectionis speciem perferendam. Quod si & horû ratio maximè perobscura est, ad capita quadã priora ordine, ad causas  $\pi$ ponimus, pro catarticas, velut filo continuo ducimur : id est per rerum principia, & causas, vsque ad elementa. Sic enim explorandi temperamenti gratia vel morbificæ causæ, cõsideramus res extrinsecas, anni tempora, & peculiare catastræon differentias : item locorum discrimina, rationè videlicet præcedentis, somni, vigilia, laboris, ocij, perturbationû animi, retentionis, excretionis, atque his omnibus sæpe priores influxus syderû, calidiores radii occulta in spiratione manantes. Ergo hæc rerû agendarum suscepta indagatio in problematicas questiones aptè resoluitur : ut sic totius subiecti passibilis natura ad scrupulû exarata, illi per omnia quoddam reperias quod proportionè respondeat instrumentû. Nam vbi consenserint singula singulis, sola applicatio restat, vel agentis ælii fortunata, quæ totius methodi circularis primus est iuxta analysim, postremus iuxta synthèsim scopus.

Libet huius doctrinæ amplissimæ gratia, nunc in exemplum trahere morbum planè diuinum, qui nobis à primo vsque ex ortu syderis noui ferè ad hæc tempora, id est per biennium integrum atque eo amplius perdurauit, popula-

Analyseo totius extremi- carceres & synthesos primi sunt elementa rerû.

Quæstio præctica retoluitur in problematicam.

Finis principium in analysi, in synthesi verò potestatem.

bundus in Belgium vniuersum ac regiones finitimas, turba mortalis incredibili quodam diluuiò, & symptomatibus admirandis. Oportuit curaturus primò ut dixi characterisimum illius morbi, vel vsque ad scrupula vestigare : nequeduntaxat circa diuini nomen hæere, ut medicorum vulgus solet, in asinorum ponte defixum, occulta proprietatis affectum clamitans, vel formæ totius, vel insuetam diuinitus plagam, quæ certè non nisi cû artus, artificumq; pudore maximo vel apud idiotas maiorem nobis medicina partem inaccessam, atque incognitam prostentur. Quin ab idea affectionis cuiusque communissima, quæ se vel sponte ingerit vbi animus, tum lectione paululum tum rerum vsu fuerit confirmatus, debemus sensum ad definitam demonstrationem, circumscriptionemq; essentia proficisci. Ergo cum rerum agendarum indicatio tum ab egrorum natura & viribus, tum ab affectuum causis proximioribus, formæ & materia sit petenda : has autem venemur ab effectibus primò, deinde & præcedentibus causis atque occasionibus : meritò nunc morbi speciem confusaneam, velut discursus totius centrum inter priora & posteriora, effectus inter & causas ex ordine statuemus. Dicã prius quæ sit communissima forma, per accessionis modum & communiora symptomata ; deinde & illa quæ cathenatim iuncta præcesserint, cum natura morbi semel posita comparabo : tandem & singula symptomata tum quæ passim obuenerint, tum quæ plerisq; duntaxat secundum idiotropiam.

Cæperunt acuta febres in populû diuagari anno supra mille simũ quingentesimũ septuagesimo secundo, propensum à mensibus Iulij, Aug. sed imprimis mense Octobris : tum enim & ij qui conualuerant, recidebant percussi reum tẽpestare, quæ tunc vigeat per Galliã inferioremq; Germaniã. Hipp. primã, vel cõmunissimã estimationè in morbis

Applicatio methodi ad præsentè historiam & morbi naturã diuinã maximè intricatam.

A confusa cognitione ad definitã debere procedi.

Centrum totius discursus morbi species sub cõmuni quadam & confusaneatione.

Narratio.

facit



Hippocratis in æstivandis naturis & medicinz scopis methodis accurata.

Ab idolo ad certã speciem proficiat.

Signa duplicia.

De cõmunifima forma præsentis Epidimie.

Character cõpositus ex acuto & diuturno.

facit à morbi acumine, siue vigoris distãtia, vt Aph. 7. 8. 9. IO. lib. I. particularẽ verò à singulis paroxysmis, vt Aph. I. I. 19. ac deinde vtrumq; nobis incertũ quadruplici fonte derivat Aph. 12. Primum à morbis ipsis: Gracẽ enim sic habet, τὰς παρ' οὐρανοῦ, ἢ τὰς νασάστας δυνάμεις αἰ ῥῆσοι, ἢ αἰ ὄψαι τὰ ἐρεθ: morbi nomine intelligens ipsius essentiam interiorem loco & materie definitam. Nam et si hic videatur ignotum per ignocius explicandum, rapit tamen humanus animus speciem confusaneam primo, indefinitam adhuc, eamq; paulatim ex characteris generabilibus ad certiorẽ imaginem quasi duntaxat sub hypothesi veritatis idolum postea fingens, & limitans partim ab actionibus læsis, quæ partis essentiã proximẽ consequuntur: partim ab excrementis propriis atque germanis, quæ loci affecti speciem, sæpe cum materie morbum continente delineant: vnde hæc signa pathognomica dici rectissimẽ völuerunt. Cætera quæ assidentia, & insuperuentia Gale-nus nominat, triplicia ab Hipp. memoratur: successiva circuitũ recipitationes, (ἀνταποδοσια: τῶν περιόδων vocant) anni tempora, quo nomine & causas externas, & præcedentes merito comprehendit: excrementorum tarditas, celeritas, quorum ambitu qualitates passibiles, & reliquæ τὰς περιόδους signa complectitur, quæ sæpius non tam speciem rei, quam modum qualitatemq; describunt. Profectò qui morbi istius characterisimum in pluribus obseruarunt, etiam de communissima forma plurimum dubitantes hærebant maximẽ, num acutum dicerent, num diuturnorũ cathalogo accenserent, num potius acutum degenerem, atque (vt vulgus) ex delapsu vel decidentia nuncyparent. aderat enim τῶν δέυ τῶν vehementia, ἢ τῶν χροινῶν ῥῆσων inexpugnabilis contumacia. Erat vt plurimum mitis inter initia, notis obscuris admodum vel quali-

tatem

tatem materia, vel modum putredinis manifestans. Primus assultus nunc cum rigore, concussionẽ, nunc cũ horrore leniculo: in plerisq; tamẽ exigua tantũ refrigeratio: in paucis nullius frigoris sensus occurrit: quæ quidẽ accidẽtia maioris minorisq; nomine differentia Gal. alibi in alias causas reijcit, nec sibi facillẽ cõstat. Mihi sapius visum est fieri, pro-missionis modo in materie putrefacta: nam si sanguis solus est qui putrescit, aut inflammatur, non facillẽ fit rigor, cum ille constet ex humoribus in vnã massã temperatis, atq; ita diffusus per vniuersas venas, arterias, æquabilis extendatur. Sed si sit alius humor: is aut permixtus sanguini purret, aut ab eodem penitus separatus. si quidem permixtus inæqualiter, (vt sæpẽ in pituita) horrore sensum sæpius adfert, rigoris nõ facile: sin separatus omnino, (quod flauæ bili promptissimũ est) rigorem incutit ratione mobilitatis suæ, quæ minor maiorue conspicitur pro tenuitate substantiæ, pro separationis modo, pro partis natura nervosa & sensili qua continetur, ac demũ pro incendiũ magnitudine circa cor, quo inflammata singula ad suum principium, seu caloris fomitem tanquam ad succensam cucurbitam rapiuntur. Iam ipsa temporũ ratio in morbo hoc valde mirabilis. alii enim consistebat statim quarto die: alii septimo, nono, nõnulli prius decimoquarto, vigesimo, vigesimo septimo, quod etiã materia varietatem in singulis ostendebat. Sæpe hoc animaduerti, crises imperfectas à septimo in nonũ aut vndecimum fuisse dilatas: ex hoc rursus deinceps in alios atq; alios criticos dies: natura sic interim velut à morbi sæuitie paululum respirante, ac rursus excurgente aliquoties: donec vel fessa succumberet, vel aduersary vires, quod vna nõ poterat, crebra veltatione confringeret. Obseruauimus tandem vnum & communem omnibus characterem, quem pro centro totius discursus præcipuũ duxi. Erat is primò in illa præci-

refrigerate horrore atque rigoris ratio latit paradoxa

Morbitempora.

Crisis diuulsa.

Totius morbi communis characteris.

præcipitū contagij vi descriptus, qua sæpe in eadem familia tres, quatuor, plures aut pauciores inuicem sunt consecuti, deinde & in circuitus ratione perpetua: nam quotquot inuiserim laborantes, integras nunquam periodos vel in apperitiam desinentes animaduerti: sed tamen exacerbantur diebus singulis: quandoq; bis, quandoq; semel tantum: aliis vesperti, aliis mane: dehinc se paululum remittebant. Verū alternis diebus maximè ferociens malū inualeſcebat acerrimè, nunc cū horrois specie vel rigoris: nunc absque manifesto frigoris sensu. intendebatur ea ſauitia pluribus statim à principio vsque ad quartum, septimum, nonum, decimum quartum, decimum septimum diem: in paucis statim à principio declinabant: in nonnullis vero tenorè æqualem oppido retinebant: vt & vera continua species tres in vno genere spectarētur, ὀρθότροποι, ἀπαρμῆστοι καὶ ἡμίμῆστοι. Non possum eas exactè reducere ad Galeni Hemitritæas, quas ex quotidianis continuis, ac tertianis intermittentibus facit. Nam hinc vt plurimum non magis tertiana quàm quotidiana visa est intermittere. imò incertum sapius, an quotidiana cum tertiana continua fuerit complicata: an potius tertiana duabus diebus alternis gubernacula suscepit. Sed vero similis est duplicè speciem fuisse continuas complicatas: vt neutra prorsus intermitteret: quādoquidem alternæ accessiones tum tempore, tum vehementia maximè discrepant. Porro Galenus non omnes complexuum differentias est prosecutus, imò ne quidem illorū minimam partem. nam etsi exercitatissimum fuisse non dubitem, plurima tamē non tam ex rerum vsu, quā accurata mentis indagine, vel ratione constituit. Quin de essentia febrium singularum nos aliquando studiosè peculiarem commentarium scripsimus, alterius longè sententiæ quàm hæcenus forsā à quopiam proditum fuit: & nos eandem

Differentiæ  
in variis ho-  
minibus spe-  
ctatæ 3.

Comparatio  
cū hemitri-  
tæis Galeni.

Vera appella-  
tio morbi cō-  
plexus ex con-  
tinua & quo-  
tidiana & ter-  
tiana.

ple-

plenus ex aratam aliquando (si superi sinant) atati postea  
rūm relinquemus. Nunc tantum repeto paucis, quod etiam  
tomo superiore perstrinxeram, me vsu assiduo & ratione  
id consecutum: quod febres omnes in vniuersum ex dupli-  
ci quadam materie constent, vna quidem defixa in vasis,  
lenta & glutinosa: siue hæc iterum sit foeculentior bilis, seu  
sanguis crassior, seu pituita, aut melancholicus humor: altera  
vero mobiliore, tenuiori, ac magis inflamabili, qua si bilem  
fluam non exactè refert, tamen ad illam proximè semper  
accedat. Quod respexit Hipp. quando morbos omnes per  
καταρροίαν vocabuli constare dicebat ex bile & pituita. atq;  
ille tenuior succus incendiij fomitem, sed crassior alius ob-  
structionis, materiem recursus totius nec non durationis  
vinculum subministrat, pro vt mulcus, paucus, lentus, se-  
quax, crudus, maturus, in vasis aut cavitatibus viscerū, his  
vel illis deniq; vasorum speciebus aut partibus adhaerescit.  
Continuas omnes qua sunt legitima, etiam pestilentes, in  
arteriis collocari, propter phlogosicos celeritatem ac vehe-  
mentiam: qua et si remittat sepius, nunquam intermittat.  
Intermittentium sedes in venis aptissime constituta est.  
Continuas per consensum, norbas ac spurias scilicet, censeo  
in ipsis visceribus inflammati, vel spatii inanibus conti-  
neri, ad qua venarum arteriarumq; ductus, & oscula recta  
positione pertingunt, ac putredinis halitum ita continuè ad  
cor transmittunt. Intermittentium qua quotidie repetunt,  
locum in vena caua caudice, ac supra gibbas hepatis partes  
potissimum inuenerunt. Materiem ex pauciore bile qua  
sanguini non adeo permista incenditur, eademque mobi-  
lis, propterea discutitur singulis paroxysmis, affluente iugi-  
ter noua ab hepate, quantisper ab altera quadam materie  
glutinosa, pituitosa, truncus ille superior secundum interio-  
rem superficiem oblinitur, ac præterlabenti sanguini verſus

De vniuerso  
febrium ge-  
nere plenius  
differatio.

Febrili cun-  
ctarum du-  
plex materies  
iuxta Hipp.  
lib. De mor-  
bis 2.

Continuæ fe-  
bris locus at-  
que materies.

Intermitten-  
tium locus at-  
que mat.

Continuæ it-  
legitimæ lo-  
cus & mate-  
ries.

Quotidianæ  
intermitt. lo-  
cus & mate-  
ries duplex.

I.

2.

P

cor,

Infebricitationis tempus vnde ad dies plures aut pauciores extendatur.

Tertianæ intermit. locus.

Materies duplex.

1.

2.

Causa curæ & curæ locus paroxysmus.

Quartanæ intermit. locus.

Materies duplex.

1.

2.

cor, difficiliorem transitum præbet. Hæc igitur diurnitatis pariter fomes est ex natura sua & propter viciniam cordis recursum quoque frequentiam facit. Nam in vniuersum iuxta distantiam fomitibus ab ipso caloris fonte, etiam longius quoque vel breuius spatium infebricitationis efficitur. Itaque tertianæ materiem similiter duplicem acceperunt, præcipuè tamen in vasis hepatis vel minutissimis illius plexibus, qui diuagatione capillari propemodum infinita synanastomosis mutuum præstant vena caua, quam κοιλὴν, & porta, quam σπληνικήν anatomici vocant. Quanquam non dubitem quin etiam in caudice præcipua vena porta tertianarum materies colligatur, vna quidem vt bilis crassa & sæculenta, cui (cum sit coaguli loco) propter analogiam hæc etiam pituita nomen attribui possit, vt veram sententiam diuini Hip. faciamus: Altera verò fluidior bilis, vltimò citroque permeas, noua inflammationis periodum facit: etsi summam in omnibus intermittentibus ferè istac tenuior totius materies pars causa sit cur ægri denuò incallescant, crassior verò cur tenuis obstruatur atque putrescat: ac rursus hæc glutinosior magis accessionis totius periodos, illiquidior in paroxysmis æstum reciprocum cieat, & continentem febris materiem representet. Quartanis febribus natura locum à corde maiore posuit interuallo: nimirum in mæraicis venis, atque his præcipuè qua propter Lienem satis conspicua, vel vsque ad sedem infimam prolabantur. Materies fixa vel obstructionis fomes ipsæ sanè lentissimus, instar visci, vt verbis Hippocratis consentaneum est, qui melancholiam voluit vel maximè glutinosam, materies altera inflammationibus aptior, & quasi sub priore constricta est bilis tenuior, que accessionis circuitum facit, pro ratione distantia à sinistro ventriculo cordis, ad quartum vide licet diem. sed vehementiam partim ex qua-

ex qualitate sua, partim ex copia præstat, vt paroxysmi longitudinem pro meatuum aptitudine, ac proportionem roboris naturalis ad materiem inflammatam, quod etiam in cæteris obseruandum. Iam verò in continuis qua remittit, similiter distantia à corde & fomitibus differentia, exacerbationis speciem mutat, prout putrescens materies longius à sinistro ventriculo cordis remouetur, aut illi succensa propius flagrat, eademque vel pituitosa magis, vel biliosa, vel sanguinea, vel melancholica. Rarò autem contingit, huc vltimum humorem esse secretum à tota sanguinis massa, ac proinde rari rigores in continuis, nisi forte inter initia vel paulò ante crism. Ea verò qua de cuiusque febris duplici fomite à nobis sunt constituta, sic se habere docent & pulsus & actiones cætera, & liberationes in singulis factæ, si potissimum sudoris, vrinæ, atque alia excrementa consideres: qua verò de fomitibus loco, non solum præter hæc ratio geometrica probat, interpuncta distantia ad dierum numerum pulchre accommodans, verum & per anatomicen viua frequens experientia contestata est. Sed plura de his, cum ex professo requireret occasio.

Nunc vt ad nostrum hemitritæum aquata totius cursus planicie reuertamur, ipsa paroxysmorum ratio satis ostendit, morbi præcipuam partem in arteriis, ac sinistro ventriculo cordis vicinia latuisse, et si alium quendam, seu præcedentem fomitem sui subinde ex venis, atque aliunde suscepit. Fuit autem materies vt plurimum permixta sanguini, composita ex glutinosis particulis, qua affixa arteriarum iconcauo, occasionem putredinis darent, nec non tenuioribus aliis ad bilem magis analogis, qua obstructa præter consuetudinem, vbi, qua decet moueri, aut iraspirare non possunt, continuè à cordis vicinia succenduntur, inflammataque calorem regerunt præter naturam, qua febri appellatur. Itaque

Causa vehementiæ in paroxysmo & longitudinis.

Continuæ febribus locus, materies, forma.

Demons trationis capita.

De hemitritæi pestilentis loco.

De eiusdem materies & missionis modo.

Affectionis  
forma & cha-  
racter expre-  
sus.

affectionis totius forma partim in obstructione, partim in inflammatione putrescentis materiae spectabatur. Mixture ratio talis apparuit, ut nec plane secreti essent humores à sanguine, nec plane in vitæ aem substantia coniugati, sed confusi, inaequaliter suspensis, ut dixi, crassioribus ad superficiem vasis, reliquo in ipsa sanguinis massa sursum deorsumque mobili, ac penitus aestuanti, dum glutinosa partis vel obstructionis circumfusum vinculum exspiraret. Nam hoc soluto, dissolvitur promptè atque discutitur quod putrefactum, quippe tenuis humor ac vias inveniens in omne effluuium expeditas. Hac quidem de proximis causis non probabiliter tantum, sed methodo quoque & demonstratione certissima mihi videor consecutus. Utque à causis incipiam, quæ velut prodromæ suorum effectuum, id est ipsius morbi, & causarum continentium ideam in se certissimam complerunt: Præcesserit aeris intemperies admiranda anni 1571, autumno austrino, pluvio, nebuloso: hyems secuta: est multo humidior, æstivus imbribus, ventis ac niubus æquata, usque ad medium februarii: quo sanè ingentia frigora, ex Aquilone continuo vel Hellespoto, cum aeris obscuritate ferè ad veris æquinoctium perstiterunt. Tum verò cum estate proxima in autumnum usque austris humidioribus madens, subinde chasmatibus variis ac meteoris igneis ardecebat; quam constitutionem rursus excepit hyems, ventorum & pluviarum copia nulli præteritorum temporum comparanda: ita magis magisque inualescens indies usque ad principium anni 1574. Cum igitur tota hæc constitutio austrina & humida, putredini valde obnoxia fuerit: etiam de materiae promptitudine in corporibus facta per analogiam, minimè dubitandum est. Hæc accessit salis penuria: nam & adulterino plurimum utebatur. Hinc enim & carnis, & pisculentorum vitia sensim

in hu-

Transitio ad  
hemerit. pe-  
stilentis cau-  
sas præceden-  
tes & proca-  
tarrhicas ad  
demonstrat.  
continentiâ.

Aëris constit.

Cibus & po-  
sus.

Perturbatio  
nesanimi.

in humanorum corporum habitus transire, mortem celestiter allaturæ. Quid dicam de fructuum, & leguminum usu inter plebeos, propter annonæ caritatem? Quid de tumultibus illis æstivis, de prædationibus atque ruinis bonorum omnium? de animorum percussione inevitabili, quæ semel quassato sanguini vehementer, partes eiusdem singulas exturbat sua legitima symmetria: ideoque vel hunc concrecere facit in vasibus, vel collectam eluivem prænam intrò compellit, atque cõstringit? quare hæc in arterias pulsa, vel usque in cordis intumum penetrat, vix ulli remediis patet: sed facta putredinis specie valde profunda, aut veneni violentia fracta, propter tamen ipsius lentorem somitum, & loci difficultatem, in longum protrahitur tempus, & diuturna afflictionis vestigia ponit, ægrè nimirum à solidarum partium habitu discessura: ferè etenim omnis contagio pestilens, ex materiali incendio in heclicam commutatur: atque in eo differt potissimum putredo profunda, pestifera vel maligna à vulgari, quæ synochas omnes intermittentes insuper tum simplices tum compositas comitatur: quod hæc superficiali magis, ex vna simpliciter prohibita distillatione procedat: illa verò per repercussionem crebram & diuturnam, sæpe nimirum ac sapius restrictis effluviis putridis: ut ita validius suæ profundius cū massa totius putredinis fermententur: quemadmodum norunt arcani artifices venenorum, qui & formæ deleteriæ modum hæc macerationis forma potissimum consequuntur: præsertim vbi & materiem nacti sunt oportunam, & caelestium causarum apta conspiratio est.

Causæ præcedentes.

Diff. putredinis simplicis & pestilentis.

Corripiebantur hoc morbo potissimum femina, & virorum plurimi quis fortuna domi angustior, natura obessor, vena strictiores opplet vitæa pituita, aut præavis humoribus, vbi præsertim & cætera occasiones accesserunt.

Altera demostratio causæ contin. ab analogia materig.

230  
 Pituitam vitream voco ex bile & pituita ita permixtis, vt  
 in vnius substantia speciem actione diuina inter se coe-  
 rint: seruat enim natura vtriusque pugnantis contrarias  
 rationes. Et ferè his ipsis congeritur multa, quibus magna  
 sunt viscerum dyscrasia inuicem repugnantes, vt hepatis ac  
 ventriculi: item cerebri, cordis: aut etiam habitus interio-  
 ris cum externo: vasorum cū substantia circumfusa. Sic sa-  
 ne grauisimè laborabāt crassi pariter, & venis amplis pra-  
 diu: hirsuti, nigricantes, quibus sub pituita adusti humoris  
 plurimum feruescebat. acciderunt & pueris paucis, & si  
 qui correpti fuerint, non ita moriebantur: cui contra nunc  
 euenit hac aestate anni 1574. Videntur autem ex castris,  
 atque ipsa pauperie, prima contagii semina pullulasse, &  
 hinc distracta celeri gradu cuiuscunque fortuna lares, &  
 oppida peragrasse.

Tertia demō-  
 stratio conti-  
 nentis causa:  
 ab effluuiis  
 eiusque causa.

Quod si a cognato effectui genere firmanda est demō-  
 stratio, regnabāt per idem tempus & alij congeneres mor-  
 bi, praesertim vere atque aestate 1573. cum dysenteria, pa-  
 pula, morbilli, vermes supra numeris infestaret. Sola sto-  
 machace, vel schelorybe etiam integri pagi sunt absumpti.  
 Non diu durabant ea symptomata, quin accedente febre  
 maligna, vel morbo comitali, vel profluvio ventris, con-  
 tinè morerentur; praesertim crassi & senes, intempe-  
 rantioris vitae, & cacochymici. Aliis autem erat id mali ex  
 frigido magis humore & lurulento, cum tumoribus liuidis  
 erurum, aut maculis laetioribus, velut in sugillatis: aliis au-  
 tem ex melancholia magis adusta, cum inflammationibus  
 rubicundis & nigris, qua facile in gangranam siue sphace-  
 lum terminarentur. Si quem tertiana legitima apprehēde-  
 rat, ea (quod mirabar vel maximè) breuis admodum, atque  
 expediri iudicij fuit: sed paucis contigit, dum febre hac pe-  
 silente vel multa milia in pagis passim & ciuitatibus ab-  
 sumpta

Contagij vis.

sumpta perirent, nullam amplius curam caritatis annonae,  
 aut calamitosi temporis in posterum habitura. Praecipuus  
 vigor contagij fuit anno 1573. à veris medio per aestatem,  
 atque autumnum, vsque ad huius anni auspicia, quo defla-  
 grare sensim visa & in apertam pestē aut lenticulas com-  
 mutari.

Eamus ad nostrae demonstrationis alterum fundamen-  
 tum, ad morbi illius effectus atque symptomata: vt istinc  
 velut à posteriore sed tamen solidissimo fundamento no-  
 stram de causis proximis hypotesim confirmemus. Incipie-  
 bant ferè cū grauisimo dolore capitis & somnolentia, pro-  
 pter efferuescentis spiritus, vaporis, exhalationisq; crassitie  
 ex subiecta materie, qua assidue à corde per arterias sur-  
 sum ad cerebrū exundabant. Aderant & cōmunia caetera,  
 ingens praecordiorū dolor, sitis, inflatio, spiritus frequens, su-  
 spiria luctuosa, iactatio corporis, extrema lassitudo, frequē-  
 tes vomitus circa initia: saepe & ventris per inferna excre-  
 tio turbulenta; in omnibus & bilis exuperatis summa ma-  
 lignitas, & pituita lentor apparuit: multis à primo assultu  
 destillationes grauisima in nares, in stomachum, in meta-  
 phrenum, crura aut brachia perfluebant, cum dolore spina  
 intolerabili: plarisque statim sudores rari subfrigidi, sine  
 dierum lege aut ordine promanantes, qui in perfrigeratio-  
 nem exitiosam cum stertore vt plurimum desinebant. Sape  
 cū illis & pustula variae vel exanthemata in variis parti-  
 bus occurrebant, nunc cum tumoribus liuidis, nunc vesicis  
 atque ampullis, nunc denique cum excoriatioe totius, pro  
 acrimonia vehemēti, ac putredinis modo. Multis insom-  
 nia ferè continua post nonum, vndecimum, decimū quar-  
 tum diem, in somnum dierum plurimū terminabantur, qui-  
 bus & curatiois spes multo maior affulserat: praesertim  
 vbi sudor vniuersalis accefferat, contra quàm aliis quorum

Quarta de-  
 monstratio  
 causae conti-  
 nentis longis-  
 sima ab efflu-  
 uio morbi  
 vel sympto-  
 matibus.

1. Cōmunia  
 symptomata.

Prognosis  
 variā.

vigilia transibant in cōma lethargicum, aut cataphoram,  
 aut catalepsim. Multis parua quaedā initia, & valde tran-  
 quilla exigua latentis veneni suspitionem de se dabant.  
 Verum ilicet à quarto, aut septimo die in phlogosin maxi-  
 mam euadebant, cum delirio alias continuo, alias interrupto.  
 Quibus à principio vehementia maior, his ferè minus  
 periculi fuit. Qui vehementius purgabantur, mortui sunt  
 plurimum ante crism. Quibus aures obsurdesebant, etiā  
 in melius progrediebantur: foras enim vertebatur morbus,  
 ac vel sudoribus copiosis, vel superueniente lotio crassiore  
 sunt restituti. Quos sudor non iudicabat, longa illis impres-  
 sio febris quid hecicum olens cum cathexia vestigio per-  
 manebat. Qui magis diebus paribus agitabatur, ijs & ma-  
 gna ex parte funesta catastrophe fuit. Moriebantur qui-  
 bus & sanguinis boni profluvia ante septimum diem: nam  
 symptomatice erat excretio, non natura prouidentia aut  
 gubernaculis fulta. Peribant & illi quibus quartum inter  
 & nonum diem sudores subfrigidi, aut pustula parua &  
 nigra nunc foras erumperent subito, nunc ab oculis oblitescerent:  
 10. sequebantur has euestigio magna deliria, tremores  
 manuum, pedum, pulsus conuulsory, cū iactatione cor-  
 poris & summa inquietudine, lingua tremula, vrina &  
 alui incontinentia, eandem ex sudore continuo perfrigerati  
 ac rigidi spiritum exhalabant. Vrinae  
 11. ut plurimum inter  
 12. initia tenues, minimū tincta, sed sensim ex pallido in ruf-  
 sum, inde in sanguineum, passuum, aut atrum penitus mu-  
 tabantur: neque vllam curatum memini, nisi prius in illi  
 cū plurimis bilis, & pituita portionibus crassissimū veniit  
 13. sedimentum, instar parvis aut focis: et si plerisque, anticipans  
 14. ventris profluvium hanc vrinae speciem interceptit. Morituri  
 saepenumero cū atro admodum circulo, contenta vrina cō-  
 similia, atque ex yisdem spirans teterrimus factor.

Multa

Multa erant in merbi hoc genere propemodum prodigi-  
 osi: quaeque diuinum illud Hippocratis in vna mixtura to-  
 rius forma inclusum & abditum retinerent. Ut quatuor  
 pieri:que in istiusmodi ferè cum nativis imperitis ad astra  
 confugiant, tanquam insidiationis patentissimum cam-  
 pum: mihi profectò non satisfaciam nisi & inferioris ma-  
 terie, ac receptivae cause, per compositiones certas quali-  
 ratum primarum, secundarum, & in eodem corpore saepe  
 contrarij temperamenti facta sit preparatio. Illa autem est  
 quam signis modò me plurius explicuisse pariter ac de-  
 monstrasse confido. Erat quiddam fateor in  $\Delta$  h &  $\delta$  an-  
 re ingressum  $\odot$  in  $\gamma$  anni 1571. aliisque copulis admiran-  
 dis  $\odot$   $\delta$   $\gamma$  euestigio consecutus: etsi verò ille trigonus du-  
 dum antè praecesserit, tunc tamen paulatim semina spar-  
 gebantur, ac durabat supernorum ea connectio plus mensi-  
 bus 10. secuta est etiam luna defectio mense Iunij 1572.  
 digitorum 8. quam propter copulas  $\odot$   $\delta$   $\gamma$  aliosque radios val-  
 de insignes noui illius sideris causam aliquando credidimus,  
 cum adhuc sub cometarum ordine teneremus paulisper cū  
 ipsa multitudine cessit antes: sed haec momenti exigui sunt  
 apud medicos abortiuos, ac merito sanè, quibus profectò  
 etiam quae propiora sunt posse inspicere palmarium duxi, ac  
 proinde si ad materiem caligat adeò, non est quoddam Cym-  
 meris tenebris oculos tam repente ad astra sustollant, cum  
 eorundem lucem quam affectant maxime, saepe & nomine  
 profitentur, minimè serāt: quae sola ratio fuit cur Gal. par-  
 ticulari considerationem ad caelestia trahat, non quia rudis,  
 sed scribendum rudioribus fuit. Nunc igitur diuinitatis cha-  
 racteristicam notam, ex vna materie & missionis proprie-  
 tate pendente aliqua ratione deprehendimus. Primum  
 est, quod etiā nono die praeterito, ac decimo quarto, morbi  
 vehementia perduraret: saepe vsque in vigesimum, vel vi-  
 gesimum

Progressio ad  
 diuinitatis  
 rationem  
 ptonata.

An diuinitatis  
 ratio hinc  
 vlla ab altis.

Copulae pla-  
 netarum.

Cur Galenus  
 parcius ab ele-  
 mentori con-  
 syd. digrediat-  
 tur.

Argumenta  
 diuinitatis in  
 morbo praesenti.

P

S

gestimum

gesimum septimum diem; cum enim raro conueniant simul & grauius affligere, ac diu persistere, idcirco compositam fuisse materiem, ac modo mirabili fermentatam tacitè colligebam: videlicet igneas quasdam putredinis partes in profundo positas, quæ sensim vrentes sub multo tamen glutinosa & aqueo delitesceret. Erat aliud eiusdem propemodum argumendi, illa nimirum frequens somni in somnii, & vices delyrii alternata vicissitudo, confusa interdum qualis & in sopore vigili à Gal. est exarata. His adde, quod plurimis vigore præterito, tamen & morbi sit aucta malitia: ut quasi deuorato boue, tandem in cauda deficerent. Hac autè simul consistere posse Gal. ostendit lib. De morbi temp. restincto quidem incendio secundum extensionem, sed inuicem grassante putredinis virulentia, cū obstructionis materie, cum summa iactura virium: ut quam excoquere plene non potuit propter malitiam, facultas imbecillior nõ absoluit, imò vel aggregari in posterum vereatur: & quos totius mali ferocia minimè sustulit, diurnitas paroxysmi & repetitio crebra confecerint.

Morū summa malignitas.

2. Symptomata singularia quæ variis pro varia constitutione contingunt.

1.

2.

3.

Linguae vis in morborū causis percipiendis.

Nunc etiam iuxta peculiarem idiotoponiam plerisque incredibilia contigerunt. Multis enim lingua asperissima in fissuras aridas, vasta profunditate debescens, cum sanie sanguinem extillabat: credo propter inflammationis magnitudinem, ut aliquoties à laureole grano assumpto, vel etiam sibi granis aliquot, etsi optime preparatis, itè ellebori decocto intempestiue ab aliis instituto in apertam egrorum perniciem, obseruaui. Aliis verò inflammata eadem atque oppido tumens; aliis hiulca, squamea, nigrantis corticis instar. Vidi quibus exactè viridis, nullo alterius generis colore perfusa, dixisses solum nucis iuglandis vel oxalidis, ac tales propemodum omnes moriebantur. Erantque ipsæ san-  
guis, & vrina cõsimiles iuxta Hipp. in Epid. Lingua index  
eorum

eorum qua sunt in vrinis, ostendebant scilicet singula præsine atque isatocidis bilis copiam, aut malignitatem insuperabilem. Nunc aliud quiddam in linguis multorum contigit, & maximè rarum: ut illarum tunica totum corpus abscederet: ut abstergeas sordibus & pelliculis (spatio horarum 24.) vix cochlearia 7. aut 8. sufficerent. Ea quantitas progressu tēporis nequaquam diminuta ad certum laborantis exitium laborabat. Nam detractis aliis, alia subnascentes affatim subinde & suffocationis pericula minabantur. Hac illis potissimum qui à vino prohiberi abstinere noluerint. Quorundam vrinis post septimum diem primò ramenta quadam crassiora, tum carnea tum membranæ secesserunt. postea & sursum, ac postremò minima quadam corpuscula, propè in atomorum speciem conminuta: pro vt accensus putredine calor altius sese insinuat carnis, solidisq; particulis, ac diuisiones illarum ad scrupula facit, teste Gal. Comm. in progn. Atqui hoc genus ex atomis in pestilentibus valde est familiare: præsertim cum vrinis albis & pallidis: maiore nimirum incendiij parte se ad præcordia retrahente. Quatuor, aut quinque, inuisi, quibus post diuturna delyria velut pus exactum non exigua mole subsideret, primo subruffum, carminatum, sanguinolentius, inde & album, æquale, & leue, sic tamen ut varij humoris rudimenta in locum suum tendētia pro elementi specie relucere. Erat autem & plerique subatrum in fundo, sursum liuescens, ac ita sensim candidius atq; tenuius. Quod autem vix vnquam aliàs vidi id erat: in ea crassitie sedi-  
menti centrum se peregrinum, ac diaphanon ostendebat, tanquam hic vacua sedes in circumferentiam amplè immunitus à purulenta colluue seruetur. Tales vbi prodierat plenissimè iudicati, ac rediitui velut ad inferis resurgebat. Factum id arbitror ex fomite pestilenti iam separato peni-  
tus, &

4.

5.

6.

Vrinæ pestilentibus familiaris.

Rarum in vrinis.

7.

Alliud.

8.

Alliud rarissimum.

Spiritus vis in  
vrius.

rus, & per vrinas excretorū innati spiritus ea sit vis, vt  
in vrinis (Actuario teste) aliquantisper commoratus, iuxta  
ideam eius potestatis, antipathia & sympathia quam in  
corpore semper obtinuit, etiam nunc egressus obambulet,  
singulis partibus sua loca decernat, noxia quaq; & pere-  
grina longius à se repellens, aut in circumferentiam trun-  
dat, aut medio quocunque spatio circumscribat, vt saepe ne  
velle quidē rursus attingere videtur. Innumera sunt hu-  
ius morbi miracula, si casus singulos repetā cū animo meo;  
sed refero paucos, eosq; illustriores. Noui mulierem cui in  
pellicula crassa & glutinosa non solū lingua, sed & oeso-  
phagus vniversus cum ventriculo, tandem & intestinorum  
tunica putuerunt. Hac inter initia sitiens maximopere,  
vinum auferum & rubrum hauserat in vno die propē ad  
quantitatem lib. vi. vnde sic illi guttur incanduit, vt nec li-  
quidiores cibos transmittere, nedū medicamenta poterit.  
Obijt illa miserimo fato, damnās humana praesidia, mul-  
tumq; impatiens, quod ne potui quidem accipiendo in acer-  
bissima siti, viam aut instrumentum commodum reperiret.  
Vrina huic alba semper inter calores maximos totius cor-  
poris, in qua tamen odor grauis & pisculetus indies auge-  
batur, vnaq; fluebāt primò surfurea quadam, inde & pel-  
licula magna: & postremò pus manifestum, villis, seftucis,  
& tunicis variis intertextum. Aderant singultus, ructus  
assidui, cū tanta doloris acrimonia circa praecordia, vt tan-  
quam parturiens miserimè clamitaret. Sed post delirium,  
parua ventris torsio superuenit, ac primūm foetida, puru-  
lenta per sedem copia incredibili profluxerūt: inde & san-  
guis per os, & per posticam cum dolore punctili, vehemēti:  
atque ita per acerbissimos cruciatus extincta est paulo post  
vigesimali diem. Sic Deus interdum vel causis omnibus  
exploratis, in actum atque artificum vbertate maxima,

om-

Ratio mirabi-  
lis constitutio-  
nis in lingua.

omnem tamen cū velit humani praesidij atque operatio-  
nis adiutum intercludit. Profecto (vt retuli prius) ea mem-  
branarum defluxio pro quantitate sui, certum morituris  
praenuncium misit. nam ex hepatis, aut pulmonis, aut cor-  
dis syderatione contigerant, vt etiam per anatonem depre-  
hensum est. Plurimq; dissecto corpore, vniuersa haec viscera,  
aut maior illorum portio nūc nigra vt carbo quissiam visa  
est, nūc suppuratis pustulis plena. sit enim facillimè, vt per  
consensus tunicarū pituita concretescens iugiter adhaerescat,  
eademq; salior, aut virulentior, subiectam oesophagi, lin-  
guaq; substantiam depascatur. Possum in vnam historie  
classē nominatum plurimos recēdere: vt mulierē in aethio-  
pi symbolo, & sub insigni Hierosol. sed differo morbos om-  
nium singulares in aliud tempus, dum maiore cum ocio  
praxeos mea curriculum vniuersum, ceterique rariores  
casus in vnum volumē à nobis redigi possint. Ceterū in vni-  
uersa hac serie, vix vnum aut alterum vidimus perfectum  
hemitritum. Exacta enim imago descriptionis Galenica  
patuit nobis in Iohanne Schatz, mercatore quopiam, sub  
insigni maris rubri. Vidi & ante aliquot annos in nobili  
quodam adolescente De cordes: & rursus anno superiore, sed  
subobscurius, rudimentum in Patensi monacho: in iuvene  
quodam aula principis de Symei: in D. de Werne: & ple-  
rūq; aliis: verum illa in Schatzio praeceteris adnotanda,  
alternis etenim vna tantum accessio visa est, alternis dua,  
sic tamen vt singula suis hora distincta, suas quoque anti-  
cipationes ad hora vnius spatium retinerent. Verum quae  
quotidie repetebat, horrore leucali specimen dedit, rigoris  
altera qua tertio die, nunquam erat febris experis omnino;  
sed melius totius circuitus tempus, quod paulo ante aduen-  
tum vtriusque paroxysmi diebus imparibus venit. Secta  
fuit liberaliter satis ab initio vena: purgatus abundē ma-  
terie

Historia ex-  
acti hemitriti  
in pestilentia  
genae.Historia pro-  
lixior hemi-  
trici.



erit ut cunque concocta ante septimum diem: lingua erat  
impense viridis. mali auspiciū ferè à ventre incepit, ita  
conscendens versus præcordia, qui dolor per accessiones sin-  
gulas incredescebat grauiter. circa nonum diem acerrimè  
laborauit, in accessione delirans, ante illam vomitu crebro  
& summis præcordiorum angustiis agitat. Et cum par-  
cissimè esitaret pro longitudine morbi, iusti frequenter cō-  
mederet ac parū, curationem scilicet intus per  $\epsilon\pi\lambda\upsilon\pi\alpha\sigma\iota\omega\iota\upsilon$ .  
Remisit se morbus facta paulatim secretionem per sudores,  
sed maximè per vrinas rubras, crassas, in atram penè hy-  
postasim subsidentes, post quartūdecimū diē: ac iam pe-  
nè curatus ex inuestiua deambulatione, quam per vē-  
tos & pluias voti alicuius gratia se suscepisse dixerat, re-  
cidit in multo vehementius malum ac dudū euaserat, ac-  
cedente dolore colico: & cum non esset ea medendi occasio  
quæ prius fuit, lentando ac remigando sensim protractus est  
morbus denuò in decimum septimū diem; exhibita subinde  
aloës citrini portio vel pilularum communium  $\xi i$ . pituitā  
viscidam copiosam cum fecibus exturbauit: vnde factus  
alacrior, sed rursus intemperans ad solita negotia se re-  
cepit: ingestusq; herbaceis multis, oleribus, fructibus, legu-  
minibus, magnam eruginosa bilis saburrā in ventre con-  
gessit. Hinc ille quo primum inceperat exacerbatus iterum  
colicus dolor per bidnum integrum afflixerat supra modū:  
& cum venter non responderet commodè vel enematis  
prouocatus, repente concidit: adeoq; comitiali paroxysmo  
correptus fuit, vt & spuma circa os versaretur, neq; ante  
tres horas ad mentem satis redire potuerit. Data decoctio  
ex senè agarico cum aliis quæ molliendo incidendoq; pau-  
lulum morbi ferociam mitigarent: multa deiecit lenta &  
viscida, cum abundantia bilis oranigenæ. Redierunt parua  
quædam deliquia cōuulsoria, sed paulatim minorā, ac tan-  
dem

Epicrasis.

Recidua  
quam Hipp.  
 $\epsilon\pi\lambda\upsilon\pi\alpha\sigma\iota\omega\iota\upsilon$   
vocat.Alia recidua  
grauissima.

Curatio.

dem ita purgatus, adhibitaq; accuratiorē victus ratione,  
ante nonū diem integerrimè restitutus est. Fui in hoc pro-  
lixior, ad exponendum verū archetypum hemitritæ: quod  
illum à paucis cognosci sciam, à paucioribus obseruari: cum  
tamen plurima febres complexu suo eandem ceu proximis  
vestigiis imitentur. Miranda sunt etiam quæ in aliis conti-  
gerunt, quæq; hoc loco penitus præterire non potui. Cuidam  
tantus sudor effluxit post septimum diem vsque ad vigesi-  
mum: vt diebus singulis & lintea, & calcitrā, cum strā-  
monibus ipsis imbueret. Quidam qui vasis vitreus victum  
comparabat, adeo vehementi delirio raptus est circa vigo-  
rem, vt superueniente epilepsia cōuulsiones propè asidua per  
dies 3, aut 4, detinerent, tanta vehementia vt linguā den-  
tibus amputatam in astantium ora expuerit. Medicus An-  
glus ex Paracelsifico genere, alioqui in arte chymica valde  
insignis, hoc morbi genere primū correptus cum vxore,  
tum huic tum sibi porrexit antimonium preparatū vt vo-  
cant. Illa quidem celeriter in maniam fortissimam versa  
vitam morte commutauit: hic autem primò cōquestus in-  
somnia, vigiliasq; continuas, à deiectione non pauca ante  
septimum diē in delirium venit, (quod & ille in proximo  
esse satis præseruat, & mihi præsentī questus fuerat,  
quanquam suadenti, vt ad frigida & humectantia tempe-  
stiuè se conuerteret, fidem habere nō potuit) à delirio sta-  
tim vt præsagiimus factus est epilepticus: ex epilepsia in  
coma lethargicum venit, cui quid apoplecticū miscere-  
tur. eo sopore detentus per triduum rursus ad insaniam re-  
diit, horrendoq; furore agitatus, nō multo post expirauit,  
& à communi lecto communem vxori tumultū est ingres-  
sus. Cuidam iuueni studioso per vniuersum curriculū mor-  
bi contractior fuit sinister oculus: doluit sinistrū latus, præ-  
sertim per exasperationem totius circuitus: ac circa crisi  
inflata

Historia.

Historia.

Historia mi-  
rabilis ab as-  
sumpto antimo-  
nio.

Alius casus.

- Historia.** inflata arecria cruris sinistri secundum longitudinem movebatur: ut nobis conspicua velut retractus funis quispiam verti sursum, deorsumq; videretur. Vidi è plebeis alterum mercatorem, cui pustula nigra per vniuersum corpus ante septimam apparuerunt: his verò delitesceribus subito, delirauit. ac superueniente circa vndecimam ventris profluvio vel diarrhœa, tum deniq; & sanguinis atri, parulenti, foetidi magna copia per os, mortuus est decimotertio die.
- Historia.** Inuisi Lanium qui per ductus ad nonum diem feliciter, iam iam peracta propemolum crisi, cum in sudores erumperet copiosos, hausto ingenti cyatho aque frigida quamprimum toto corpore factus est rigidus, ac post horas tres procedente delirio conuulsione infelicitè perijt ante vndecimum diem.
- Historia.** Alter Lanus post vigilias diurnas à nono die propè ad vigesimum vsque somno altissimo & naturali proximo persistebat, nunquam experrectus vltro, nisi cum sitiret admodum: tum conuersus obiter potum ab astantibus exigebat, iterumq; reclinans se ad parietem continuè dormiebat. biberat is decoctum Zarse cum radicibus plantaginis: ac post vigesimum planè curatus fuit. Noui mulieres duas qua per octiduum integrum conuulsa ac propè exanimis velut in agone fuerint cõstitutæ: dicebam, si hæ reuixerint, omnem ego meâ librorum supellectilem Vulcano dedicabo, ita omnia signa Hippocratis lethalia in vnum exitium conspirabant: repente tamen vel natura duce, & mali violentiam & expectationem medici superarunt: quod & aliis passim vel in arte versatissimus vsuuenisse intelligo. Sunt & plerique à me cõspecti, quos nulla ab initio statim insignia symptomata, imò ne febris euidens, aut dolor, aut delirium exercebant: atamè in eodem tenore degentes, vna totius corporis lassitudo egrotos esse docuerit, ac mortui sunt circa quartum, aut septimū diem. Noui quibus alternis icteritia facta

- facta est, alternis color natiuus refloresceret. Alios quoque, quibus hoc ordine aut vèrris fluxio, aut tumores circa aednas, præsertim auris sinistra regione tãto cruciatu, ac si ab infixa cuspidè pungeretur: istis vel in tumore phegmonidè: vel in puris effluuiū ex eadè aure morbus abscessit. Quadã Historia quã, solam auctores non vidis. matronã memorat in alia ciuitate prope Mosam: vt etiã à fide digno accepimus, cui post capitis vehemētissimos & diurnos maximè cruciatus, dissecta caluaria magnã putredinis vim ostēderit circa substantiam cerebri, & inter meninges, tum vermiculorum, tum cemicum copiam incredibilem. Neque id aded mirum vt illud Holerij de scorpionato, & pleraq; alia qua nos aliquando genita putredine matre conspeximus. Alteri cuidam adolescenti per cõsimiles febres exortis lenticulis cum assidua diarrhœa, per plurimos dies sola errabat imaginatio, constante nimirum ratione atque memoria: nam & se delirare plurimū quebatur, & obuersantia simulachra non posse vel vi excludere. Tum rursus phantasia potentia maior insurgens rationale iudiciū obscurabat: argumento admodum luculento, facultatum ambarum sedes esse distinctas, non totas tota cerebri ditione confusas, vt frustra doctissimus vir Fernellius, sed petita longius demonstratione contendit. Atqui hac accidentium infinita varietas, si genus obserues, ex vna materie, formaq; consimili putredinis oriebatur: sin specie certam in animo comprēbēdas, sua cuique peculiaris causa & ratio poterat assignari; vel in diuersitate mixturæ, vt mistilium qualitate, proportione, substantia, corruptionis ac putredinis modo: vel (quod præcipuum reor) in illa natura partium aded differente, dum quæque pro sua infirmitudine, seu accidentibus fuerit seu insita ab origine, nunc ad excipiendam materiem morbi, nunc ad consensus compositioniq; necessitudinem facta est opportunior. Sic enim
- Facultati cerebri certa distinctio in partibus organicis.
- Vnde hæc accidentiū tanta varietas.
- iii vno

Simile in aliis  
morbis per  
consensum.  
Axioma gene-  
rale.

Axioma.

Criseos vni-  
uersæ ratio in  
pestilentibus  
hemitritais.

Tempora.

Criseos for-  
ma.

Transit ad cu-  
rationem hemi-  
trit. pestilētis.

I.

Communis  
curationis  
idea cuiusque  
intentiones  
præcipue.

in vno hemicrania genere, aliis dextra capitis partes aliis  
sinistra potius affici consueuerunt, per ventriculi sympathiã.  
Sic & abscessus febrium primò decumbunt in eam partem  
qua ad resistendum fluxioni sit imbecillior: vt annotauit  
Hipp. Aphorismis 31. 32. 33. lib. 4. & Gal. lib. De diff. febr.  
aliisq; locis compluribus aptè differuit. Sunt autem vt &  
materia contenta, sic continentibus locis sue proprietates  
& vires, sua propria cruces atque supplicia, vt ex superio-  
ris tomi commentario liquet, vbi de locorum indole dispu-  
tatum est.

Crises istarum febrium raro subita simulatq; perfecta:  
verũ vt dixi diuulsa in plurimos dies, alternatim in mor-  
bum exurgente natura; nec tam dierum numerum seque-  
bantur, vt vulgus enumerat, quàm Luna medios motus id  
est, certa dei lunaris spatia, quibus 12. signiferi gradus  
absoluit: vel vt expressius dicã, schematismos illius & ra-  
dios, ad primum Zodiaci punctum, in quo sub morbi prin-  
cipium fuit inuenta. Hinc enim promotã ad celi octauam  
partem, id est 45. graduum intercapedinẽ, quarti diei con-  
suetudinem referebat: quinti, cum ad sextilem locũ: septi-  
mi, cum ad quadraturã radium: noni, cum ad trigonum:  
decimi quarti, cum ad exactũ diametrum, vel oppositum  
peruenisset. ac tum pleriq; succussiones valida, corpus ri-  
gidum instar cautis, aut statuæ, apertis oculis, cum tremore  
labij manuumq; & aponia.

Nunc verò cum morbi ratio partim à causis, partim ab  
effectibus firmiter comprehensa est, curacionem paucis ab-  
soluam: quæ tamen pro ipsa affectionum specie, pro natura  
corporum infinita, nexuq; symptomatum admirando, serè  
& contrariis fuit indicationum generibus implicata. Erat  
communis quedã & cuius obuia, quæ partim obstructio-  
nes respicit, materiei concoctione vasorumq; apertione sol-  
uendas;

partim profundã putredinis virulentiam non forti-  
per alium purgatione tollendam, sed frangendam antido-  
tis oportuni, quæ cum tepore subhumido, & refrigerandã  
facultate adiunctam tenuitatem partium admirabilem,  
& calorem aliè demersum, nostro natiuo calori congruum  
retinerent: partim denique & hoc præstarent, vt pericli-  
tantis nature virtus tum longitudine morbi, tum vehemẽ-  
tia & malignitate, diutius confouerent, atque ad sustinẽ-  
dos consuetus infractam, integram pro fortuna permissione  
seruarent. Ea propemodum vniuersa vno subinde negotio  
& instrumento, etsi in aliis aliter temperato aliquãdo sum  
consecutus: Dedi sæpe decoctum radicis plantaginis cum  
asparago, atque oxalyde, per cõtinuos dies: ditioribus paulo  
Zulapia ex oxyacch. simplici, syrupo de acido succo citri,  
vel limonibus, cum saccharo rosato, aqua betonica, cardui  
benedicti, fol. persicorum, cassiã, & id gemis aliis: quæ  
ventre lenito paululum agrotos mirificè recreabant. Vitã  
quantum potui scammoniata quælibet, aut hisce validio-  
ra, metu profluuij, quo semel correpti vix sisti poterant, vix  
vires semel deperditas reuocare. præsertim cum illa humo-  
rum malignitas intempestiuus concitata, sibi metipsi cal-  
car adiunctum habeat: ac per fas & nefas quæ data porta  
ruat, cum euidenti facultatum atque spirituum detrimen-  
to, lipothymia, conuulsionis, vigilia, delirij periculo mani-  
festo. Quare duntaxat infusa plerãq; ex rhabarbaro con-  
cinnabam, adiecto interdum agarico, & folijs sena. In deli-  
catoribus syr. rosati solutiu, syr. de cychorio cum rhabarb.  
cassia, manna, & di. catholici vsus opportunissimus fuit.  
Mediocres optimè soluebantur pilulis russi, cõfectione elect.  
lenitiu: decoctis comunibus ex fol. sena, carthamo, aga-  
rico, cũ aniso. fructibus haliacabi, passulis corinchiaci, &  
modico rad. asparagi, florum viol. acetose, & c. præsertim  
quando

Decocta &  
Zulapia.

Cur vehemẽ-  
tes purgatio-  
nes fuerint  
perniciosæ.

Ventrem tutè  
lenientia in  
principio  
morbi.

Uellissima me-  
dedi formula  
in difficulti-  
mis mor-  
bis atque su-  
spectis.

Vena sectio  
an conuulsi-

Vide quã su-  
spectũ præfi-  
diũ sectionis  
venæ in pesti-  
lenticibus.

quando illorum portio meliore circuitus tempore sumeba-  
tur, semel, iterum, ac tertio repetita. Nam paruis præsidia  
mali ferocia non cedebat, fortia simul & subito minime  
sustinebat: imò totius rictus & medicationis cursum propè  
neceesse fuit ad vires symptomatum singulas, ad momenta  
temporum & momentorum scrupula temperare: vt mini-  
mè mirum, maiorem mortalium partem non tam vi mor-  
bi forsitan perisse quàm vel occasione fortuita vel incuria  
ipsum ægroti assistentiam, medicorum: vel denique istorum  
in scititia & multitudine, dum disputando prius opportunitas  
rerum à tergo calua dilabitur, quàm ratione constituta ap-  
prehendi possit. De vena sectione sæpe ac merito dubitatum  
est: sed plures peribant, quibus aperta est, quàm qui sangui-  
nem in commeatu subsidium reseruauerunt. Præsertim  
his infelicitèr cessit, qui post diem tertium detraxerunt, nisi  
alia urgēs necessitas foret. Nam ante accessionem sanguis  
eductus, partem quoque obstructionis auertit, & præce-  
dētis causa machinas ferè oppresit. minore tamè periculo,  
si prius & ventris facta lenitio esset: sed postquam confir-  
mata iam inflammatio sanguinis fuit, oppresus viribus san-  
guis duntaxat melior effluebat; defixo deteriore in venis  
atque arteriis, vnde & facultates animæ sternebantur, &  
pestilentis contagij semina commota fortius in penitiores  
aditus ferebantur: vt ferè in omnibus mistilium agitatio  
ad mistionis energiam maximè facit. Quare nisi vel corpus  
pletoricum esset, atque ægrum vocatus sub initia visitas-  
sem: nisi & partis alterius certa phlegmone quid grauius  
miniretetur, ad vena sectionem non lubens accessi: quin si  
quando importunissimorum hominum obrectationes, aut  
artis calumniam ex neglectu tam vulgaris præsidij veritus  
fui, indulgens paululum detrahebam ad ℥ij. aut iij. atque  
cum se ruberiores in isto sanguis offerret, iam velut aperto  
indicio

Cucurbitæ.

Diafcondij no-  
stri præstan-  
tiss. cõpositio.

Vfus diafcor-  
dij.

Acerũ subli-  
matum.

Decocta com-  
munia.

Puluis præ-  
stantiss.

Vnguentũ

indicio & mihi, & cæteris satisfeci. In aliis affixa cucurbi-  
ta cruribus, brachijs, sura & scapula plurimum profuerunt.  
Vfus sum satis frequenter diafcondio meo, cuius compositio  
constat instar theriacæ ex varijs, ac cõtrarijs inuicem fer-  
mentatis. Habet pro basi scordium, inde distantum Creten-  
sem, absinthium ponticum, epithimum, cum rosis Alexan-  
drinis: habet & semina plantaginis, nucleos pini, melonũ,  
lactuca, papaueris albi, erratici, cucumeris, cucurbitæ: ac  
paulatim in minore proportione, rad. gentiana, angelica,  
redoaria, pseudodictami, nucis myristica, macis, croci, pipè-  
ris albi, myrrha, cinnamomi, corallina, rhabarbari, xyla-  
loes, gummi belzoini, mastycis, boli Armenici, cãphora, propè  
partes aequales: cum alijs odoratis, & inodoris, vt musco,  
osse cordis ceruini, & similibus paucis, quæ mira proprietate  
vitalem spiritum atque animalem recreant, omnibus ex-  
ceptis saccharo & vino adecq̃ digestis in formam opiati.  
Mirum in modum ea cõfectio venenis, vermium corrupte-  
la, & morbis pestilentibus reluctatur: sudores atque vrinas  
extemplo prouocat, vires confractas citius expectatione  
redintegrat. Habui & acerum cum aequalibus vini parti-  
bus, multo in circuitu destillatum, maceratis in eo liquore  
prius his speciebus quæ theriacam ingredi cõsueuerunt: sed  
adiecta copiosius camphora, bolo Armenico, alij q̃, refrige-  
rantibus. At cui res familiaris angustior, vel curta supel-  
lex fuit, dabam decocta sæpius in sero lactis ex oxalyde, tri-  
folio acetoso, cum passulis corinthiacis, &c. Sæpe & cornu  
ceruinum, cũ corallina puluere & modico rhabarb. quo ni-  
hil præstantius vbi vermium ingens sufficium subest: nam por-  
recto hoc antidoto defluunt agminatim. Vngentũ in pluribus  
frontem & tẽpora, propter dolores grauissimos, metum q̃  
delyrij, vnguento rosato, sæpe cũ populci modico, ac tertia  
parte vng. albi cãphorati, quo se leuari mirificè prædicabat.

Antidotum  
fopocificū ad  
reprimendam  
acrimopiam  
bilis.

Zarfa parilla  
vel simlacis  
aspera vsus  
in ignis.

An conueniat  
in calidis  
morbis.

Fundam. Gal.  
certissimū in  
reignotā fa-  
cultatibus ex-  
plorandis sub-  
sidio gustus.

Analogie cō-  
sideratio in-  
ter facult me-  
dicamenti &  
tepos.

Multis cōtra immoderatas vigilias profuit sola requies Ni-  
colai, cū syrupis calidiusculus temperata: multis syrupus de  
nymphæa, vel de papauere, vel diacodium Mesues, addito  
pauillo syr. de succo citri, cum aqua florū papaueris er-  
ratici, melissa, bethonica, & consimilibus, quorum nec cer-  
ta species vbiq̃ nec mixtura ratio præscribi potest. Dici  
non potest, quā multos curauerim vno decocto Zarfa pa-  
rilla, si quando in diploide vel vase duplici parartur: sic en-  
nim spiritus illius substantia non exhalat, sed per reflexus  
continuos cū potus totius corpore denuo permiscetur: atq̃  
tum contra pestiferos morbos siue venena validius profugā-  
da, tum pro principii nostrorū corporum resouendi: mira-  
bilem concepit analogiam, Nam quicquid alij statuunt de-  
caliditate nimia clamitantes, equidem vel in ardentissimū  
febris, naturis oppido biliosis, ventre purgato paululum,  
ac statim à criseos primo rudimento, plus centies vsus fuit:  
ac rationālē viam successus vbiq̃ felicitas consecuta est,  
Nec aliud habui rationis fundamentum, quā Gal. metho-  
dum in exploranda simplicium facultate, quæ ita sepe com-  
posita à natura dicit, vt nomen simplicii præ nostris cōposi-  
tis ac polychrestis omnibus assernentur. Videbam in illata-  
dice saporem primò subdulcem atq̃ decoctum, etiā pingue  
quiddam, recrementitiam & calori humido cōsentaneum:  
sequitur hunc amaritudo leuicula sensim sese aperies tum  
abstergendū vas atq̃ visceribus opportuna. Postremò tē-  
ranti diutius, etiā altè demersa tenuitas explicatur, calor  
non vrens, neq̃ salsus, aut mordax: sed subtilis, volucer, vt  
in recessus abditiſsimos partium solidarū possit vel momēto  
temporis peruagari. Quamobrem quia morbus composita  
rationis, hæc paulatim concoqui, roborari, illa velit secerni,  
abstergi, displodi, discuti, aperiri, vsq̃ ad minutissimas cor-  
porū partes: quia rursus conseruanda virtutis prima vbiq̃  
est

est indicatio, quòd hac per se, medicus curationem quasi ex  
accidente perficiat: idcirco me aberrare non posse fidebam,  
si hoc insigni diuorum munere tanquam Iouis ipsius mani-  
bus, hydram immansissimam oppugnarem. Quòd certò sciz̃  
in vno hoc medicamento, & nutriendi quandā vim inesse  
mirabilem, & facultatis deleteria vindicem, obstructionis  
ac purèdinis curatricem. Imò, vt verbo dicam, insunt ad  
vita custodiam, principij vtriusque semina non obscura: al-  
terum, quod in solidis partibus substantiam humidi primo-  
genij possit rescire: alterum, quod cum spiritu calore athe-  
reum restaurare, quanquā dubio procul non omnibus aquè  
conueniat in eadem specie morbi: quim quātitatis, ordinis,  
aliarumq̃ rerum ratio sit vna in calculum adhibenda. In  
multis etenim adiunxi maiorem partem rad. plantaginū,  
eryngij, asparagi, caryophyllata: n alius lignū aloes, cinna-  
momum, aut aliud quicquam. Imò subinde decoctis cateris  
parum duntaxat ipsius Zarfa quo velut additis alis, quod  
reliquum foret celerius multo, vel in corporis penetrare, vel  
in externam circumferentiam permearet. Vt verè à Pœta  
dictum sentiam,

Fœlix, qui potuit rerum cognoscere causas:  
Ille metus omnes, & inexorabile fatum  
Subijciet pedibus, strepitumq̃ Acherontis auari.

q 4

Devl-

Sūmaria vis  
Zarfa cui vix  
secundū alte-  
rū reperitur.

Varia zarfa  
parparatio.

De vltiore transmutatione febris pestilentis in pestilentiam veram, quæ sæuire affatim cœpit ætate anni 1574. de quæ illius methodo curatrice.

**D**Vdum sanè præfagiebat animus mihi malignum hoc februum genus, quod toto biennio Europæ partem nō minimam peragratur, velut sparsis quibusdam præludiis in pestem apertissimam transiturum. Neque me aded meæ fefellit opinio, quin grauius multò nunc sese diffuderit malum, quam iacta iam pridem semina portenderunt. Nam quo mortales posita contumacia & proximū quemq; persequendi libidine in se descendant altius, idcirco & homines sæpe non tantum alterius hominis ministerio punit Deus, verū promiscuè feriens, ac suis quasmet ignibus armata dextera media inter millia sauit. Quæ res eò forsitan spectat, vt stirpis antiqua non minima parte sublata noua regenerinet, meliorisq; instauratione facta simul scelerati sæculi vestigia deleantur. Non enim alia commodiore vicissitudine res permutantur humana: vt quæ in summo pretio fuerint, paulatim corruant, neglectaque vilescant, rursus deinde velut reducto circuitu ex humili statu ad æstimationis fastigium subitura. Meminerunt autem & aui & proauis nostri pestis vsque aded virulenta, vt in vna Bruxelensi ciuitate plures subinde quingentis abstulerit vnica die: vt vitæ & volucres sub nube relinquerent: vtq; assidentes lato conuiuio inter calicem supremamq; labra tanquam percussis fulgure protinus expiraret, & cumulatim oppido toto congesti cadauera currus in orbem commeās circumferret, donec ob vastitatem strata lapidea, atque adium valua musco & virenti gramine vestirentur. Talis potissimū viguit anno 1502. famem & vehementes aëris intemperies

Causa finalis pestilentia.

Historiae luis horrendæ.

1.

anni

anni proximi comitata. Namque hyems tam ferox præcesserat vt & animalia bruta passim necauerit, astas ardoris adeo saui vt arbores accensa solis radio conflagrarent. Celebres quoque sunt pestilentia sæculi nostri quas anno 2. 1505. item 1522. regnasse commemorant, quibus augurio certo aues cum pullis & ouis nidos etiam proprios reliquerunt. Sed omnium grauisima qualis anno 1348. ac rursus anno 1450. quæ primū exorta in Asia per Illyriam 3. 4. 5. atque Dalmatiam vsque in Italiam serpsit; hinc & Germanos, Hispanos, Gallos inuasit annis compluribus aded debacchata vt vix tertia mortalium pars superstes euasit: cuius generis etiam duas sub M. Antonio viguisse Romanorum annalibus constat, quibus orbe toto flagrantibus pecudes iuxta & homines propè ad internecionem sint vsque deleti. Verum ista non eò protulimus, quo magis futurorum metu (de quibus anceps, & lubrica coniectura est) mortalium animi percellantur: sed vt historia aui præteritis ante oculos collocata, Deo vota preces summisso animo cōsacremus, lustratiq; pectoribus in omnem illius voluntatis speciem componamur, illud insuper cogitantes;

Omnes quum secundæ res sunt maxumè, tum maxumè Meditari secum oportet, quo pacto aduersam erumnam ferant:

Communia esse hæc, fieri posse, vt nequod animo sit nouum:

Quicquid præter spem euenierit, omne id deputare esse in lucro.

Quibus & illud Græcum lubens adiecero,

Εἰ τὸ φέρον σε φέρει, φέρε ἢ φέρε· εἰ δ' ἀναναχτεῖς,  
καὶ σαυτὸν λυπεῖς, ἢ τὸ φέρον σε φέρει.

Fer facili quod fata ferunt: si ferre recusas,

Ipsum te crucias, nec minus illa trahent.

q s

Cum

Instituti  
ratio.

Cum verò de præcursoribus morbis à me sub veris initia tractaretur, credebam fore ut prius hoc opus in publicum ederetur quàm eius mali se tanta ferocia propagaret: nunc quando expertus illius mora, argumenti noui obiecta occasio est, quod non modò scriptis prioribus summo iure conexum, sed & vsus innumeros habiturum ad salutem hominum videretur, qua de morbi pestiferi curatione habu prima, paucis adiungere non dubitavi. Causam verò & curationis methodum vniuersam non est quòd istic ab ouo velim retexere: namque hanc omnem præter alios scriptores innumeros eleganter ac plenè profecutus est Hieronymus Fracastorius, necnon B. Montanus, Galenus sæculi sui, cuius doctrinam magno mortalium fructu collegit & illustrauit clarissimis vir, nostriq; præter meritum studiosissimus I. Crato à Crafftheim serenissimi Maximiliani Cesaris Archiatus, quorum vtrique annos Nestoreos optem, non tantum priuata causa nominibus obligatus, sed & propter publicum bonum. Dum ut alter virtute heroica Christi tempore ab iniustitia, impietatis aduerso turbine tutam atque incolumem conseruauit, alter quoque summa contentione ac variis ingenij monumentis rem medicam pariter ac philosophicam tum à sæda barbarie, tum ab ignorantia methodi vindicauit.

Præsentis pestilentie morosa.

Solet contagionum vis ut plurimum certam duntaxat speciem peruagari, atque in eadem nõ etiam quosuis abripere, sed quibus ex ipso putredinis modo (quam profundam esse volumus) singularis quoque analogia ratio in venis atque arteriis delitescit: cui sepe etatis in super, sexus, & temperatura cognatio suffragatur. nunc ad sensim progreditur malum, ut & obuia quaq; corripit locis compluribus non tam internum fomitem requirere amplius vel materiem ante dispositam videatur, quin sola sua pte vi potius, aëris q;

cit-

circumlabentis fœda infectione grassetur, ferè ad illius instar quam scire delineat Maro,

Ut quondam morbo cali miseranda coorta est

Tempestat, &c.

Erat autem illa causarum inter se cohærentium lex, ut ex priore genere morbi multis morientibus passim in duplum, in quadruplum reuoluta, imò in infinitum se permiscerent effluua putrilaginis venenata, utq; excretionis morbide virulentia vires assumeret, inq; maligniorem specie indies mutaretur: præsertim quando interea nec alia causa fomites conquierunt, paupertas, trepidatio, moror assiduus, ærumna, & victus vitia, omniumq; cupiditatum intemperantia. Quibus accessit aquarum copia, qualitatum exuperantia in constitutionibus celi, ver astuū oppidò, æstas contra simili veri, autumnus pluuus valde atque austrinus, maior pars anni sine ventis, sine tonitruis: cum & Hipp. inuectas imprimis dixerit pestilentes, ut Cranoni vsuuenisse eiusdem Epidemica contestantur. Præter autem tot exhalationes in aëre visas multū minata nobis est oppositio Saturni & Iouis circa lacteam viam, cum stellis scorpionis naturæ Martis, Mercurij, vna cū schematis mutus quinque errantium per coniunctiones atque diametros, quamquam hæc non tam causas principes, quã signa vel instrumenta consentanea diuinaq; voluntati obsequentia semper sim arbitratus.

Quamquam verò multa sint pestis discrimina à symptomatum differētiis sumpta, (ut etiam in suo De peste libello doctiss. vir L. Ioubertus meminit) videas tamen imprimis sumpta.

genera 4. notis quibusdam characteristicis inter distincta.

Nam aut cum bibone in vnum & alterum locum agnatum facta colluue circa glandulas (sed imprimis axillas, inguina vel parotides) efflorescunt: (hæc enim trium

princi-

Generationis  
forma.

Causæ effe-  
ctricæ & pro-  
catartica.

Causæ cele-  
stes.

Pestis differē-  
tiæ ab vna ab-  
cessuum va-  
riate de-  
sumpta.

I.

principum partium emunctoria chirurgis potissimum appellatur) aut sparsa putrilaginis crassamento diuersas maculas nigras, subliuidas saepe & varij coloris ex diuersa quacumque protrudunt: aut etiam viroꝝ abscessus genere natura se mittitur expurgare: aut oppressa demum vel impotentior quam vt possit excutere, exhalatione caeca per meatus sensiles atque insensiles facta, veneni signum interius atque semotum ab oculis premit: tum vero sursum in assistentium poros pernicitate mirabili peruagatur. Quamquam verò lenticulas & carbunculos multi maligniores iudicent altero modo quo bubones subnascuntur: minime id simpliciter rerum vsus ostendit. Etenim laboratibus ipsis valde id malum est perniciosum nisi primo die, aut saltem ante quartum sine molestia aliiue prauis symptomatibus expellantur. Videmus tamen ex illo genere neque tam cito raptos occumbere, nec tam precipiti contagio eius a tropicis in proximos deriuari. Est enim vt arbitror (saluo meliore iudicio) profunda quidem putrefactio, sed tamen adusta magis & sicca, magisq; permista sanguini corporis vniuersi. Ergo cum vis sit late diffusa, non facile à sanis partibus sequestratur. hinc certius interimit, sed minus celeriter, quia neque vnita sibi metipsi vt agminatim vim vitalem possit opprimere, neque tam humida illius euaporatio, vt propter lentorem diu pertinacem in aere fomitem sit relictura: cõtrà quam in bubonibus illis pestiferis solet, quibus compacta, tenax materies, non tantum in ipso fomite, sed & eiusdem effluuio circumquaque disperso. Facit enim hac ipsa veneni conglobatio, vt quibus natura est integerrima promptius excludatur, eademq; quibus succumbere coepit, propter afflatum maioris antipathie ocys extinguantur. At fomes alterius putredinis sicca licet non ad totius formam ceu missionis nomine pugnet quo ad propriam molem,

Specierum  
comparatio  
inter se.

Ratio cur len-  
ticulae magis  
perniciosae.

Cur minus  
contagiosa.

Cur in bubo-  
nibus contra  
accidat.

molem, propter tamen tenuitatem partium ex adustione quasitam, cum ipso sanguine fortius permiscetur, & peruagando latius cor non tam exhalationis indomita vi quam multitudine ac diuturnitate pessundat. Non ab similibus huic & altera difficultas, quare adhuc spirantibus agris multo minus contagij periculum vsus ostenderit, quam morientibus ipsis aut recenter extinctis, cum tamen vixentium maior sit exhalatio, totumq; corpus apertum caloris vi maiorem putredinis partem posse foras transmittere videatur. Verum talis est ratio, ac si quis accensam lampadem extincte compareret: ipse enim met ignis tantisper dum inardescit, exhalat tenue ac fuliginosum quippiam, sed minus malignum, quippe quod ab eodem igne prius discutitur quam intermedium aërem possit inficere. Verum igne sublato exudat amplius ab ipso fomite crassus & retricus vapor, quem magis pestiferum ac pertinacius inherentem tum color & odor, in tota substantia ratio satis ostendunt: vt multo periculosius non iniuria putent decem languentes inuisere, quam semel adesse mortuo, praesertim vbi recens cadauer exhalat, aut etiam illis adesse propius, qui primū è domo funebri prodierunt: qui quamuis nondum peste laborent, nec forte illius sensum aliquem sint habituri, pestis tamen fomitem in veste circumferunt, alii affricantes quorum corpus analogum, & ad recipiendum prona sit constitutio. Quare eiusmodi rerum statu imprimis praecipit debet, vt & antidota sumant, & habitum mutent, aut igne perlustrent, & quamminum in turba mortuorum tanto discrimine conuerferunt.

Mirum quod in hoc Epidemiae genere à nobis peculiari- ter obseruatum est pluribus euenisse, vt cum in alia peste soleant primū horrenda symptomata sese obijcere, ceu magna inaequalitas aestus frigoris, horroris & exudationis, vigilia somnoletia, perturbationum ventris sursum deorsum, doloris

Cur plus per-  
culi sit ab ex-  
tinctis quam vi-  
uentibus cum  
agri peste de-  
cumbunt.

Simile.

Præsentis epi-  
demiae pecu-  
liaris charac-  
teristicus.



doloris capitis atque delirij, cū laesitudine summa, praecipue circa spinam, hic tamen interdum vix vlla insignis tēpēstas apparuerit ante tertium diem, atque tū quidem nihil adhuc praeter soporem leuiculum, iactationem corporis moderatam, vomitum aut ventris fluxum, linguam pallore subviridi tinctam, praecordiorū angustiam, vt etiam saepe nil perperi supra ephemeram simplicē videatur: tandē erumpentibus maculis circa quartum, quintū, aut septimū diē, multi etiam facti alacriores obambulent, erectiue sedeant, subitō tamen tanquam morti à morbo prodiiti collabuntur. Vidi quibus citra omnem febriculam, dolorem capitis, aut laesitudinem, halitus tantum ex terrore concepto, totū corpus repentē maculis nigris, luentibus, pisi amplitudine ingeretur, nulloq; alio superueniente incommodo, tui tamen atque incolomes permansere. quod in eos dispersa quidem morbida caeli sit aspiratio, vt tamen duntaxat humoris superficiem occuparet, ac prius interni caloris impetu repulsa sit forās, quā potuerit in sinus intumos aut cordis ventriculū penetrare. Mirum & illud in super frequenti obseruatione deprehensum, quod vis cōtragij ad normam aestus maritimi sese nunc acrius, nunc remissius propagaret. Quamquam verō Iouertus annotet plenā, atque silentis luna tēpori, nos tamen hic potius decrecentem illius quadraturā inuenimus efficacem: neque hanc differentiam adeo in locorum discrimine pono, quin vniuersim fieri sic vero similis putem, quod motus luna à diametro solis ad cōiunctionem, potius motū in corpore praestet à circumferentia versus centrum: quare ad cor sublata materie, corripitur citius sani, interimuntur aegroti.

Curā dū verō imprimis vt salutis publicae ratio ineatur: deinde vt quisque provideat domi suae, praesertim paries cū proximus ardet. Insigne praesidium veteres olim in extruendis

pyris

signa

Casus admodum rarus.

Observatum aliud singulare.

praesertim publicae ratio paucis regulis comprehensa.

I.

pyris auctore Hippocrate reppererunt. Nam ciuitates intergras lustrat accensus ignis è cedro, iunipero, larice, abiete, picea, quercu, virice, rore marino, & consimilibus odoratis. Sed praeter haec secernendi sunt ij qui mortuorum corpora tractauerunt, aedes obseranda cū tota supellectile, nec attingendum quippiam, aut efferendū forās, ante quā septimanarum 6. circuitus expirarit. Purgādi sunt omnes viri atque familiae; animalia virosi halitus, vt canes, cati, colūba, anates, porci, magistratus officio procul sunt ablegāda: prohibendi fructus, olera, legumina, praesertim vsus alij, cepa, porri, vna, pruna, persica, fungi, caules, pisces, & carnes vitiose, malē condita, aut modis aliis importuna. Multum verō in externorum commercijs, nequid ferant cōtragij, vigilādum est. Tum denique praestantissima antidotorum genera sunt comparanda, vt cū vsus postulat fermentata diu, atque in promptu teneantur. Prae ceteris commendantur Theriaca Andromachi, Mithridatis, pauperioribus autem diatesaron, aut discordion, quale vel Fracastorio vel nobis superiore capite sit descriptum. Germanis rusticis multum familiare est quod instar moreti ex ficibus, ruta, sale, & peruetustis nucibus temperatur.

Verū ad cuiusque tateā primo conferunt odores aromatici, nō quorumuis, sed quae vitalem spiritum atq; animalem recreent, aura pestifera toto genere reluctantur. Aestiuo quidem tēpore magis acetij, citrij mali, limonis, aurantiorum, & consimilium. Laudatur praecunctis acetum vini maluatici quo camphora & nuces myristica diutius sint macerata. Hyeme tamē odores calidiusculi praeseruntur, vt Zedoaria, angelica, casia, cinnamomi, cuiusmodi cōmansa sapius profundum penetrant, spiritum q; maiori efficaciam purgant. Nos pilam serē eiusmodi fecimus concinnari quae recipit Radicum iridis florentina ros: rubearum, pyris

Quae ad priuam tam cuiusque custodiam.

Odoreg.

Pila odorifera.

corti-

2.

3.

4.

5.

6.

7.

corticum citri, dictami Cretensis, maiorana, sing. drach. i. styracis cal. gūmi belz. oini, seu sylphij veri, cinnamomi opt. caryophyllorum an. drach. 2. styracis liquida, santali albi, nucis myristica, macis, zedoaria, angelica an. scrup. 1. cubeborum, caphora an. scrup. semissem, mosci electi, ambræ an. g. viij. aut plus eo, ladani purissimi q. s. ad consistentiam molis cum aceto fortiss. & aqua rosata in pile speciem redigantur addito modico tragacantha. Purgantur ventres absque periculo ad subtrahendum fomitem morbo, solis pilulis Russi (quas & pestilentiales vocant) sumptis ad quantitatem vnius drachmæ: vel etiam solius aloes vsu, quæ pura sit atque pellucida, ad quantitatem exhibita dimidia drachmæ. Sæpe huic adiungimus momentum corticis citri, cardamomi, macis, carpesiorum aut zedoarie. A ventris lenitione conueniunt syrups cum aquis stillatiuis in alterius morbi curatione descripti. Laudant plurimi succum thapsi barbati siue verbasci maioris ac lanuginosi, expressum cum vino tenui odorato: docuit enim illius vim singularem contra venena mustelæ genus astutum, quoties cum serpentibus pugnaturum est. Rarum sed efficax valde refugium in lapide bezabar, corallina puluere, sapphyri, smaragdi, monocerotis, ossis è corde ceruino, & illorum omnium quæ composit. aromatici rosati vtriusque ingredi consueuerunt. Ego quiddam eximium in illo puluere deprehendi, qui perforatio ætitudi vtero colligi potest, datur dimidij scrupuli quantitate cum liquo conueniente. Motus & quietes, vini potus & abstinentia, pro cuiusq; natura, statu, & consuetudine peculiariter sunt moderanda. Luceat focus perennis. Sit animus hilaris atque vel violenter à perturbationum vertigine distrabatur. Magna utilitas vini est si parèe bibitur, si purum & generis exquisiti, si absit crapula, nec bilis aut sanguinis copia reclamant.

Vena

Vena sectio aliàs ad præcautionem mali, aliàs ad curationem adhibetur. Siquidem præcauendum est, prius distinguendo externis causis an magis intrinsicis (vt plethora vel cacochymia) impendeat morbus. Nam si ab extrinsecis tantum, minimè tutum est sanguinem commouere, vt aliàs dictum: nam & intro venenum trahitur ac fortius permiscetur. Si fomes ab ipso corpore metuendus, tum plenitudo exorbitans à sanguinis vitio dirimatur: nam in plethora venam aperire est consultiusimū. In cacochymia lenis subductio per ventrem potius confert. Quod si viring, periculum est, paulatim sanguis & interposito tēporis spatio minuatur. Vbi verò curationis gratia de mittendo sanguine cogitandum, distingue vt prius, sed tamen præterea, num in principio morbus existat, num in augmento vel statu. Nam post primum aut secundum diem raro conuenit, imò semel & assatum concitatus venter, aut mota sanguinis massa, statim contagij virus ad cor vsq; profundit, vt etiam superueniente deliquio sæpe sub manu chirurgica moriantur. Multi ad cautionem cruris perforant, aut vesicas excitant ferro, & causticis medicamentis, idq; successu non infelici, quamuis vel inter morientium milia conuersentur. Magnus vsus & salutaris scarificationis in crure & brachio sæpius factæ, cum appositione cucurbitæ. nam & accessionis initio iuuat plurimos plures cucurbitas extremis partibus (præcipue neli & Er seu loci laborantis rectitudinē) affixisse. nam sic & tuta maximè, & celeri via sunt restituti. Si sub axillis vel (quod omnium pessimum est) circa aures extuberat malum, mox simum columbinum cum sapone permisceas, id è directo ad brachium alligetur, addito interdum caustico ex flammula Ionis, & anunculo bulboso, clematide, vel catharidibus. Similiter si in inguibus tumor apparet, inflammatio in cruribus excitetur, vt quam-

ton-

Vena sectio.

1. Distinctio.

Secunda distinctio.

Tertia distinctio.

Vt fones quas Itali fontanelles vocant.

Cucurbitas.

Reunio post emplastra.

Vulgi experi-  
menta.

longissimè si fieri possit à locis principibus reuellatur. Noui  
 qui proprio simo cum aliud non occurreret aptè diuert-  
 erint. Mirum quod vespillones offerunt sibimetipsis, conse-  
 ctum ex aquis partibus olei raparum, salu, aquæ, & albu-  
 minis osi: ac si ex elementis 4. ideam microcosmi referre in  
 integrum statuissent. aiunt infinitos vbi correpti fuerant  
 protinus hac mistione seruatos. Quin simulac morbi iam  
 facti sese indicia produunt, curandum ilicet vt venenum à  
 sanguine sequestratum quamcelevrimè ebuliat foras. Da-  
 tur pleriq; successu mirabili nux myristica tosta donec ex-  
 udet, atque in puluerem comminuta, inde verò cū sale ex-  
 hibita adiecto modico aceti fortissimi, præsertim si calidior  
 temperatura est. Illud quoque experientia patris, ac meæ  
 deinceps, efficacissimū vidi quod constat ex vna parte cam-  
 phoræ, duabus gingiberis, sacchari rosati quatuor, diu cum  
 vino permixtis antea, ac sedulo fermentatis. Dosis est vnius  
 drachmæ. Coopertus ager cõponitur ad sudorè. Generosius  
 paulo quod sequitur v. camphoræ, dictami Creiësis, scor-  
 dij, rad. angelicæ, Zedoariæ, cinnamomi, gingiberis, an.  
 drach. 1. nucis myristicæ drach. 2. boli armenij mediam  
 drachmam, seminis rutæ, macis, croci, sing. scrup. 1. Musci  
 g. viij. cū sacch. & vino odorato q. s. fiat mxt. ar. opiati. Datur  
 postremò & aqua per destillationē chymicam præparata,  
 qua nihil vnquam potentius vidi. Constat è speciebus dis-  
 scordij nostri, vino pariter atque aceto fortissimo macera-  
 tis, deinde quasi per circulos plures paulatim sublimius è  
 duplici vase traductis. Alij eodem modo aquam è sola ihe-  
 riaca solent exprimere, alij baccas lauri, baccas iuniperi,  
 cū bolo caryoph. cinnamo, rad. angelicæ, Zedoariæ, eadem  
 arte componūt: sunt enim pro ipsa affectionis specie forma  
 propemodum infinita. Multi plurimum tribuunt auro po-  
 tabili. Vnum philosophorum, aut antimonij vsus minime  
 probo,

Quid primū  
in curatione  
præstandum.

Abcessum  
procurantia.

I.

2.

3.

4.

Varia chymi-  
ca.

probo. et si enim subinde euaserint, fortuna tamē id potius,  
 aut temeritati, quam arti aut pericia tribuendum est: vt si  
 quæ hostis à fronte, à tergo præcipitiū vocet. Bubonem sca-  
 rificare conuenit admota cucurbita, deinde theriacam ap-  
 ponere (circiter drach. 2.) decoctam in excavata cepa, et si  
 pleriq; præoptius ferro cadente, & cultellis exciderint, præ-  
 sertim vbi sublimius turgēt. Alij colūba pullos, gallinā, aut  
 catellum quempiam dissectū medio, vel pulmones recentē  
 mactati arietis applicant, & subinde cõmutant. Laudatur  
 & columbinū stercus cum cepa atque theriaca, plures ta-  
 men emplastra maturando abscessui parant ex sinapis se-  
 mino, ficibus & bulbis liliorū, & sambuci foliis: addunt, vt  
 efficacius trahat, acre fermentum, elleborum nigrum, cy-  
 clamen, & subigunt demum cum scabiosa succo, oleo cha-  
 momelino & farina seminis lini. Postquam in plagam  
 tumore ruperit, eadem iuxta doctrinam aliorum vlcerum,  
 sed multo tamen validioribus expurganda est.

Extrema atq;  
suspecta re-  
medio.  
Bubonis ma-  
turatione.

Vlceris cura.

Lex communis & ratio ad tuendam sanitatem aëre pestilenti, sic nobis in memoria quoddam subsidium deductiore carmine comprehensa est.

*Ne sacra pestiferi subeant contagia morbi:*

*Sit modus in victu, simplicitasq; tuo.*

*Seu capias somnum, vigiles, moueare, quiescas:*

*Per medium iusto tuta tenore via est.*

*Omne supernacuum secernito, sit tibi versa*

*A celi vitio, sit sine labe domus.*

*Exulet hinc metus, hinc dolor, atq; frōte Lyæus,*

*A tergo assiduus luceat igne focus.*

*Quod reliquū est peragent stomacho, vel naribus  
hausta,*

*Antidoti celebrem qua meruere locum.*

*Antè tamen præceps placanda est numinis ira,*

*Ab Ioue principium est, cum Ioue finis erit.*

Oratio

Oratio purgatoria ad Lectorem.

SI vnquam aptè cecinerint præsci vates, mille hominum sensus, capitū discrimina mille: profectò nunc ea est ætas, qua id vel maximè locū habet. Tan- Aetas hæc perfectiorū artium plena. tus ingeniorum feruor atque varietas passim: non in scrutandis naturæ arcanis miraculis, non in virtutis operibus, aut rectè constituenda reip. ratione; sed in humanis pectoribus explorandis: dum plures ex voce, vel scripto cuiusq; vel opere nihil expectat aliud, quàm vt ipsi cum sint nigerrimi materiem deprehendant aptam inuidiæ suæ, atque pro benefactorū gratia authoris famā horrēda infamiæ labe conspergāt.

Quā sint istorum artes occultæ, ac variæ formæ, pau- Inuidorū hominum species variæ & admittandæ. cis poëta retulit dicens, Georg. 1.

*Tum varia illudunt pestes: sæpe exiguus mus*

*Sub terris posuitq; domos, atque horrea fecit:*

*Aut oculis capti fodere cubilia talpa,*

*Inuentusq; cauis vusō, & qua plurima terra*

*Monstra ferunt, populatq; ingentem farris aceruum*

*Curculio, atq; inopi metuens formica senecta.*

Sed agant omnes pro suo modo ac temperamento, veniant non insecta modò & vermes, sed & canes allarent, atque vlulent lupi. Nobis ad imitationis exemplum infixā manet, æternūque manebit Histricis aut Erinacei mira sagacitas, quæ sese in orbem componens vndique, tum ab insidiis horum, tū violentia tutam facit. Histricis in dolis.

Nam imprimis de totius operis argumento illud obuiet scio, cum sim professione medicus, cur hæc tam latè patentem materiem sim ingressus, nullis finibus clausam, sed in philosophiæ triplicis infinitos Argumenta ratio.

ambitus exporrectam. Quod his respondeam nihil habeo, nisi quod olim Gallus à fæle deprehensus, hoc mihi ingenium esse, hanc affectionem naturaliter datam: facere tamen me studio boni, quod tanto melius aut optabilius, quanto latius patet. Quæ nostri sunt fori medici tracto quotidie, artemque tum opere, tum professione concelebro pro virili mea, Quid si interdum ab vno hoc genere fatigatior paulò, non quidem ad res inanes atque extraneas, sed diuersas paululum, summa tamen necessitudine iunctas, cogitatione transcendã, vt ob vnus obiecti coloris speciem defixus oculus in alterum recreatur. Si rursus istud paucillũ temporis quod pro natura sua oblectamenti alijs alij tradunt, sæpe & luxu, & alea, aut misera quacumque ratione pessundant, ego impendam poësi, musica, naturæque diuinis spectaculis, & causis abditis eruendis, non solum cù voluptate & fructu meo, sed & pro amicorum plurimum voto, & publico bono; quis mihi non illud vitio sed virtuti potius, non ocio abundantanti atque dedecori, sed ornamento potius vertat, industriam probet, que si laudem veram pro studio minimè consecuta est, saltem pro conatu non paruam apud mortales gratiam promeretur? Equidem hodie tot elegantes nostræ medicine scriptores video, tot etiã cultores sedulos in alijs disciplinis, quorũ non modò inexhaustus labor, sed & virtus rara, & eruditio fuit: ceddò tamen in eodem negotio quid hoc corrupto sæculo solidè laudis, aut præmij cõsequuntur? Scio quid è facultati nostræ id maximè frequens, ac velut insitum fato:

Καὶ κεραμεὺς κεραμεὶ ποτίζει, καὶ τέκτωνι τέκτων.

Καὶ πτωχὸς πτωχῷ θρονίζει, καὶ αἰοιδῷ αἰοιδῷ.

Quod

Cur in arte medica pauci scriptores pro labore suo gratiam consequantur.

Quod vnum me ferè repressit semper, quo minus caeam: vt quãuis ex vna hac disciplina scribendi sit promptuarium logè amplissimum, & præter ea quæ publicè dictitavi, plura ad curationem obseruata nũc habeam domi: aliò tamen scripturientis animus ferat, illud subinde cogitans, Quis leget hæc? min tu istud ais? nemo hercule, nemo? nam si quid in istac arte perfectionis aut gloriæ est, illud non tam humana discursione, quàm vsu rerum hodie ac viuus operibus elucescit. Quæcumque hinc peruulgata, aut populariter scripta ( exotericò genus intellego ) præterit vulgus, fastidiunt docti, atque in tanta scriptorũ multitudine blattis offerunt: quæ verò grauitè, ingeniosè, vtiliter, ἀπροαιτιατῶς, studiosi tyrones nõ capiunt, qui capere possunt, interdum excipiunt clanculum, publicitus cauillantur: quanquam profectò humanis affectibus non ita moueri sapietẽm deceat, vt propter inuidentiã morsus veræ virtutis speciem reformidet, sed homo sum ( vt ille inquit ) humani nihil à me alienum puto. Non tamen hinc penitus mihi indulgeo, sed plaræque differo, dum illa commodiore locorum & temporum oportunitas ferat. Quæ situm id hodie magis apud me fuit, vt argumẽto pulcherrimo & maximè spatiofo. cù vtilitate quam plurimorum hominum me reficerem, defessus à studiis grauioribus, interque calamitates publicas & priuatas: quarum vna præ cæteris contemnenda, sed tamẽ propter φιλοσοφίαν nimiam acerbius paulò ex vnus iactura filiolar̃ nata defixit, atque vix aliàs obliterari potuit ab animo meo, nisi hunc sensum diuerterem quomocumque, & philosophicarum rerum multiplici consyderatione propè obruerem. At quænam

Sapientissimus in scribendo, vel scopus quis esse debeat.

Prima suscepti negotij ratio apud authorẽ ex animi ægritudine nata.

Scopus su-  
thoris & con-  
siderationis  
sistitue præstan-  
dis.

alibi vel voluptas melior, vel utilitas maior: quam in ea cognitione, qua non exacta solum medicinæ ratio continetur, sed & huius Ideam ex mortali immortalæ atque diuinam quodammodo faciamus, quippe ad curationem animi pariter, & corporis, & reip. ope vnus methodi congruentem. Sic vt vnus mundi faciem in alterius facie velut depictam videas, rerumque similitudine fretus quæ sunt in vniuerso, cunctarum artium vel nudos caracterissimos sub vna augustiore formula comprehendas, quod vnum ad vitæ felicitatem conferre imprimis, nemo inficiabitur.

Stylus ratio.

Quod autem ad scribendi genus: nec illud ex æquo placiturum omnibus cogitavi: cum & in hoc subinde displiccam mihi metipsum: nam dum in ea vbertate materiæ singula conor attingere, idque quæ breuissimè, miscens interdum sacra profanis, medica politicis, naturalia metaphysicis: vix rerum chaos effugere potui; præsertim quando quod vsu, & ratione collegerim, oratione subuli & pressa, ad Atticorum aures teretes expolire non vsquequaq; vacauerit: sæpe & maioris ingenij putem, loco suo & tempore cultum negligere, quam religiosè in omnibus obseruare: imò vtilius tæpestiuè manū tabula submouere, quam perficiendis tā opere, elimandisque singulis immorari. cum sæpe sedula mentis intentio tenellam atque formosam Helenam fingat, quæ tamen annosam, rugosam Hecubam ante spectantium oculos pingit. Ergo nec Tullianam phrasim nec numeros semper amplectimur, sed quo sit verborum, rerumque consonantia maior, polychromatico generi, velut in musicis, pro ascensus descensusque varietate, amplius indul-

dulgemus. Vt etiam interdum insanis, & temulentis similes, ab imis illis naturæ sacræ recessibus in campos poeticos diuertamur.

Vnum id semel, & clarè testatum omnibus volo, me aliquoties in historiam huiusce temporis, non tractandæ illius studio, sed filo totius cursus, ac necessitate delapsus. Idcirco nec singula rerum quæ contigerint momenta atque περιστασεις, sed solum capita comprehendere: quo prodigiorum virtus, & humanæ vicissitudinis orbis illustrior foret: digressus hinc aliquoties ad politica, quo boni mali que nonnullas formulas humanis oculis obiectarem, sed ea modestia vt nihil in quæquam (quod sciam) prescius, acerbiusque protulerim: memor illius semper, quod vt sæpe in amicis vitia summa, sic & virtutes in hostibus elucescunt, quæ tanto feriunt acrius, quanto minus expectes, atque ad imitationem sui vehementer instigant. Aliud quoque in mentem venit, humani iudicij mira lubricitas, quæ nimirum non tam virtus merito, quam fortunæ status adhærescit: vt plures quos laudauerint prius, tandem improbetur: quos improbauerint olim, nunc omni laude dignentur: aperto indicio leuitatis, cui hoc merito dici poterat, ama tanquam osurus, oderis tanquam amaturus. Turpe autem existimo vt nos metipsum magnorum principum iudices faciamus, cum sue sint singulis cause, sue virtutes & vitia, velut fertilibus agris: solus autem quid alter alteri præster (id est circumstantias rerum, æqui, iniqui pondus) exploret Deus: qui sæpe demeritat reges, vt grauius tanto & subditi puniantur: sæpe permittit inolescere plebem, vt regum sequitiam reprimat, vel somnolentiã fortè excutiat: hinc

Authoris purgatio circa historiam.

Costa in epistola  
genus scribendi  
apud plerosque  
historicos huma-  
nus compositus.

sæpe infectis animis diu multumque certatur, cum infandis calamitatibus partium virarumque, & tandem contractis vtrimque viribus, sera sapientia vel (quod aiunt) in fundo parsimonia venit: franguntur & odia, & postquam se quisque penitus nouit, amantium iræ sit amoris redintegratio. Odi propterea semper hoc hominum genus qui in scribendis historiis affectus suos vel statim à limine manifestant, nulloque apud posteritatem perdendæ fidei metu tales in toto curriculo perseverant, ut quæ in vno ferant, in alio culpent, in vno parua commemorent, in alio magna dissimulent, sæpe & à vero planè detorqueant: tãquam si nullus sit ipsis propositus scopus, quàm tueri partes huius vel illius, autumque si possint in cælum laudibus ferant, alium similiter ad inferos detrusuri. Ita per sympathiam plerique in minutissimis rebus laborat grauiiter, totas paginas quibusdam marryriis complent, & faciunt sese ridiculos palam, ut tantum vel assentandi plerisque, vel de aliis se vlciscendi studio scriptitasse quiuis è plebe intelligat. Mihi verò ad pacis vnius encomia, tranquillitatis studia, publicè, domi, moderationem, clementiam, religionis cultum atque iustitiam, fidem atque amorem mutuum vniuersa hæc commemoratio spectat. Siquis alium nodum in scirpo quaerit, is se longissimè à veritate rei, à candore humani pectoris, à nostra intentione abesse intelligat: non me culpet, sed animum suum, oculosque peruersos, & nequam aestimatores rerum: quibus idem fortasse contingit quod ictericorum linguis, & oculis solet: ut quæ alba sint omnibus sanis, quæq; suauius, illis amara, lurida, variisq; infecta coloribus videantur.

Fateor

Nihil turpius  
quàm affectum  
prodere in  
tractandis hi-  
storiis.

Authoris præ-  
cipuus scopus.

Contra male-  
volos.

Fateor in obsidione Louaniensi supra quam proposueram fui prolixior, poetam in plerisque potius quam philosophum agens, ut tamen nequaquam sciens aut volens à veritate discefferim. Debebam hoc Deo & patriæ, dedit hæc vitam atque enutrit, ille prodigioso clementiæ genere cõseruauit. In ipsis orationibus est quod concedi postulem, non enim verbotenus retuli, ut plerique maluissent, sed tamen ut potui, atque ut datum fuit diligenter expressi. Quod reliquum historiæ spectat, id curauim maximè, ut vera dicerem, & fermè omnibus nota, hoc est (ut aliàs dixi) factorum genera tantum, non modos, & serupula prosecutus, nisi cum tuto atque vtiliter ad di loci oportunitas patèretur. Nam multis affectione multiplici multa affinxit rumor, plerique etiam vera comperta, sed prorsus enormia ad punctum explicare non tulit hæc ætas: dum adhuc animi odiorum incendiis calent, rerumque recens memoria ad irritandos homines, quàm instruendos promptius adhærescat.

Vnum postremò præterire non potui de sydere nouo, quod cum noster hic commentarius planè perductus ad umbilicum ac maturus partui videtur: incidi forte fortuna in libellum Hispanicum de eadem stella doctissimè differentem: cuius mihi copiam fecit vir doctissimus philosophiæ ac iuris candidatus Andreas Posá beneficio præstantis viri Gabriëlis Terrades: qui nostri studio rogatuque alterius eundem ad nos transmisit. Voluissim adiungere totum hoc operi meo, sed breuitatis gratia perstringam paucis illius sententiam, eiusque obseruata cum meis conferam amanter & philosophicè.

Au-

Cur plerique  
prolixius circa  
natale solent.

De veritate  
historiæ suæ.

Additamentum  
theoriæ de sy-  
dere nouo,  
quo plerique  
serupulis rec-  
ter editis pro-  
lixius respon-  
detur.

Neuus au-  
thor Hispanus  
de sydere no-  
uo, eiusq; ob-  
seruati exa-  
men.

Tempus.

Author est Hieronymus Munnos, professor Hebraicae ac mathematicae literaturae in Valencia. Ait se certo cognoscere, quod secundo die Nouembrii 1572. haec stella nondum apparuerit, potissimum ex relatu pastorum; quodque ipse tum forte suis discipulis ostendens stellarum sedes & nomina, non animaduernerit. Nos tamen contra ab aliis obseruatum diximus, qui & ante finem Octobris se uidisse testantur; neque verò prius ob altitudinem solis adeò notari potuit vel à peritioribus, qui cum vndecima stella Cassiope huic nouae proxima tum facile nouam confundere potuissent; nec verosimile, quod ea proportione creuit atque decreuit, habuisse tam momentaneum tempus exortus sui, etiamsi cometam facere velint, multo minus si ex caelestis luminis congestione prognatam.

Distantiarum  
ratio.

Distantiā à sede facit 5.g. 20.m. quam Hagefius 5.g. 15.m. nos 5.g. 4.m.

Distantiā nouae à clara in lūbis facit 5.g. 10.m. Hagefius 4.g. 51.nos 4.36.

Distantiā nouae à Cassiopeae humero vel pectore, id est diametrum Rhombi, 7.g. 50.m. Hagefius 7.g. 47.m. nos 7.g. 24.m.

Maxima altitudo ad Horizontem Valēciae ab ipso deprehensa 67.g. 30.m.

Minor altitudo 11.g. 30.m.

Declinatio ad æquatore 62.g. versus Boream:

Cælum dicit mediare cū 1.g. 7.41.m. lauit, septem apparentem facit 53.g. 36.m.

Longit. ponit in 7.g. 48.m. 8: in qua semper mansisse inuariata nimirum ad reliquas stellas fixas distantia contestatur.

Vt me-

Vt merito sit dolendum de infelicitate humana, quae ne per sensus quidem industriam exactè scrupula prima, nedum secunda aut tertia comprehendit. Vt circa conos, vel inter se coeuntes meridianorum lineas, error leuiculus magnam quandoque in longitudine syderum numeranda differentiam praestet: quod istuc euenisse non dubium est. Sed astra polis proxima; si locum in zodiaco, vero proximum nobis definiant, abundè fit satis: nec ideo de cæterarum exactis longitudinibus desperandum est: cum neque cosmographi laborent tantopere: vt in terrestrium locorum longit. ad scrupula prima conueniant. Saltem in cæteris velut distantis fixorum syd. immobilitate syderis noui, & parallaxeos obseruatione, quàm nullam esse voluimus, omnia congruunt ad amussim: paucis tantùm minutis discrepantibus circa distantiam. Aduerti sedulo, quod hoc discrimen in dimetiendis stellarum interstitiis per radium Astron. quandoque ex parua occasione nascatur, vt oculorum firmitudine, vel etiam ipsius manus, applicatione instrumenti non admodum accurata: sed tunc maxime, quando radius vel paulo longior, breuior, obliquior; vel ossis iugalis circa oculum positio iusto sublimior aut depressior. Quod mihi & patri vsuuenit vel maxime, quibus ita sublimis est vt semper haetenus obseruationem cum aliis conferentes, ad exactam rationem aliquot minuta (vt 5; aut 6.) adhaerere debuerimus. quanto enim hoc os eleuatius circa interiorem angulum oculorum, tanto distantia maior ipsius oculi à transversario, tantoque & minor apparet inter capedò rerum quas metiri velis.

Potèrò accuratissima ratione, & crebrò repetitis obser-

Circa obser-  
uationū scru-  
pula quā facilis  
lapius.

In qua coeue-  
niant plures.

Aberrandi pec-  
sensus occasio-  
quàm diuersa  
circa minuta.



De parallaxi.

observationibus, ait se parallaxim nullam hactenus reperisse, quod & mihi, & D. Hagesio, & D. Polo Fabricio, aliisque innumeris exploratum est, atque in huius rei gratiam author huius libelli insignem tabulam exaravit. Probat ex eadem efficaciter, stellam hanc superiorē omnibus elementis, imò in cælis collocari supra  $\nu$ .  $\varphi$ .  $\odot$ . quod nimirum locus verus ab apparente differat tantum in omnibus iis quæ sub sole sunt constituta, in iis quæ supra  $\odot$  lineæ anteditæ semper in vnum coeant, vt hactenus omnibus in confesso est, atque à Ptolomæo perspicuè demonstratur. i. lib. Magnæ syntaxeos.

Authoris cō-  
clutio.

Postremò concludit author cometen quempiam esse, cælo fixorum syderum inhærentem. Secutus hac in parte de cometarum ortu opinionē Democriti, Anaxagoræ, Senecæ 7. Nat. quæst. Non tamen eum concedit vilius generis quæ à veteribus sunt memorata: nam neq; Miles est (inquit) qui magnitudinē lunæ equare debeat, nec Rosa quod nō humani vultus effigiem representet. Sed peculiarē speciem putat de qua Lucanus,

Lapsus.

Ignota obscuræ viderunt sydera noctes.  
Fallitur tamē vir optimus ex poetarū licentia, quæ & cometas subinde stellas vel sydera nūcuparunt, vt 2. *Æn.* stella facem ducens, & Georg. 1. sepe etiam stellas vento impendente videbis, &c. Fallitur etiā circa essentiam rei (& cur fallatur dicam) neque illa cohærent quæ pro principiis ad demonstrationē eius sententiæ proferuntur.

Docetur in  
cælo cometas  
minimè  
nasci.

Primò quod huius gratia cælum mutabile doceat iisdem propemodum argumentis quibus aliquando nos vsi sumus: præclarū sanè & elegans *παραδοξον*,  
sed

sed tamen incertum, an quamuis inordinatæ videantur illæ centrorū mutationes iudicio mentis humanæ, natura tamen certam in omnibus constituat legem, quæ longo temporis cursu ad æqualitatem aptissimam redigatur. Ac postremò licet hanc passionis legem cælis inesse ponamus: nemo profectò hanc tantam sit facile concessurus, vt spatio annorū duūm sensibilis vlla mutatio fiat, qualis contingit in sublimibus locis. Quare oportuisset profectò ad normā subiecti sui ad eò sensim oriri, auferere, interire, vt ne quidem per lustra plurima, vel olympiades potuerit animaduerti. Quamobrem relinquitur vt hæc tam præceps mutatio & tamen in cælo fixorum syderum facta, non naturali lege quā ipsi somniāt fieri possit, sed tota sit supra naturam, nec præter voluntatem Opificis vllam causam obineat propiorem.

An nouera cæ-  
lū mutabile.Concluditur  
ortus illius  
stellæ omni-  
no supra na-  
turam.

Non certè ad eò evertit id axioma, quo quæ longius distant, maiorem scintillationem luminis representent. Certè non necessariò sequitur, hoc magis scintillat, ergo longius ab oculis remouetur. Sed si discurras hoc modo, scintillat procul exigua quantitate, respondente simul & forma stellarum & motu, ergo stella est: eademque aut longius distat quam planeta quispiam, aut efficacioris luminis ac spirituosæ substantiæ plena est. Nam vt scintillēt duplex ratio reperitur; vna est medijs constitutio vel multiplicitas, seu multiplex radiorum refraçtio: altera est efficacia lucis, dum ipsa materiæ firma concreuo cum interioris spiritus motu ac præcipiti facultate depugnat, vt in argento viuo, (si paruis magna licet cōpo-  
nere) atque in tremoribus partium humani corporis, quem & Galenus attribuit lucetæ facultatis cum  
instru-

Obiectio de  
scintillatione  
diluitur.Ratio duplex  
cur scintillent  
sydera.

I.

A. simili.

Cur Mercu-  
rius ferè scin-  
tillet, Venus  
aliquando.

Cometas nū-  
quam scintil-  
lare.

Cometarum  
subst.

conclusio.

Occurrit Peri-  
pateicis de  
væuo & pe-  
ner. corpori  
differentibus.

instrumento siue materie. Fortè quòd eadem ratio  
cur & Veneris stella, imprimis tamen Mercurij qua-  
doque scintillet. præsertim vbi longius extra radios  
solis, cælo sereno, ac flante validius Aquilone con-  
spicitur. Sed istuc nullis vnquam accidit cometarū,  
qui tristis semper aspectu & lugubri, tràquillos in co-  
mā aut caudā radios iaculatur, substātia nō ita cōpa-  
cta firmiter, nec splendore luminis agēte vel efficaci  
nisi tale præ copia videatur. Vnde cometis longè di-  
uiniorem hanc stellam asserimus nouā, in cælo qui-  
dem existentem, & aduentitiam, sed modò supra na-  
turam. Quod vt asseram nō prohibet vacui positio,  
nec admittenda corporum penetratio. Nam æquè  
absurdum est, cometam immortū hactenus per anni  
sesquialterius spatium, aut plus eo in aëre colloca-  
re: aut cælum facere tam mutabile, vt iuxta statuant  
cum clementis. quin si mutari potis est aliquo mo-  
do, necesse est ad eò non esse concretum cæli cor-  
pus, quin partes rariorens densioribus cedant, vir-  
tutiq̃ maiori ad faciendum locum minor obtem-  
peret. vt etiam in crassis elemētorum corporibus li-  
quidò constat.

Quod ait cometas dari sine cauda, verum id au-  
tumo, sed sine cæsarie atque omni effluuio nudam,  
non existimo. nam neque id vllæ historiæ docent;  
nec ipsa cometæ ratio vel nomen admittit. Nomina  
verò imposta ferè diuinitus ac pro natura rei, in vni-  
uersum demonstrat Plato, atque author est Gellius  
lib. 10. cap. 4. Præterea si cometæ omnes in cælo ge-  
niti forent, nulla his certa cælorū regio in altitudine  
poterit assignari, cum ferè in aliis parallaxis aliqua sit  
hactenus deprehensa. Et si plerofq; statuas in octa-

uo cæ-

Alie rationes  
in cōtrariam  
sententiam  
diluuntur.

uo cælo, nonnullos in orbibus planetarum, quid nō  
absurdi consequetur? quid illo scædus, in regulati  
corpore moueri quippiam præter regulam, atq; or-  
dinis rationem?

Imponit hoc pluribus, quòd paulatim extin-  
ctum putent hoc sydus nouum. quasi quod semel  
accesserit cælo, esse deinceps debuerit immortale.  
nec vident modum recessus à cometarū inordinati  
ac subita vel celeri saltem extinctione tantopere dif-  
ferentem, sed non parauit author cum illa scriberet  
tanti prodigij stellam ad hæc vsque tempora durau-  
ram, supra quam vsque iam antehac in cometis om-  
nibus obseruarum est. Nec me magnopere mouet  
hoc argumentum quod ab effectibus trahi potest,  
vt mortem regis Galliarum aliasque calamitates in-  
numeras, bella, disidia, strages, epidimicos morbos  
euestigio consecutos. Maiora expecto quæ sydus hoc  
nouum parturit, post annos aliquot, vt superiore cō-  
mentario inuimus satis.

Fuere & in Italia, qui stellam hanc dicerent à mū-  
di cunabulis extitisse, sed auctam luce & magnitudi-  
ne: sed nihil efficiunt vt opus hoc tanto naturæ sit cō-  
sonantius, minusque vel inuiri ad metaphylica trans-  
feratur. Addit alij sumpsisse augmenti speciē subla-  
tis vaporibus glutinosi, atque concretis inter eius-  
modi stellam, quæ fuit ab origine mundi, atq; aspe-  
ctus humanos, vti de cane memorant, atque obser-  
uatione Aristotelis confirmatur. Sed hoc infringitur  
duplici ratione: primo quòd aspectus diuersitas phe-  
nomeni speciē variasset: deinde quòd iā sublato hoc  
sydere nouo, ne quid ē vel minimū stellæ vestigium  
in recta relictum, linæa conspici possit.

Alia erroris  
ocasio.

Arg. inefficaci  
ab euentu.

Comente  
quorundam  
inania.

Refutatio.

Hæc

Hæc habui quæ paucis annectere, quo minor de observatorum meorum fide, & diligentia dubitandi restet occasio: non tamen hic ad eò indulgēs ingenio meo, quin ut pro veritate aduersus aliorum sententiã amicè & candidè scripsi, etiã auditis rationibus quæ sint maioris ponderis, in aliam partem sum facilè cõcessurus. nam in diuinis facilius quid non sit vnum, quodque, quã quid sit verè cognoscimus, & quanto progredimur longius tanto in altiores tenebras euegamur, iuxta illud Solonis celebre carmen,

Ἐπιμοσύνης δ' ἀφανὲς χαλεπὸν ἴατόν ἐστι νοήσασθαι  
Μίστρον, ὃ δὴ πάντων κρείσσει μῆνον ἔχει.

CORN.

CORN. GEMMÆ

In apparitionem Phosphori noui mystica δειδρῶμῆ, trium temporum status, atque circuitus afflictionis Gallicæ quam breuissimè comprehendens.

ALTIUS humanos lethæi pocula somni  
Obruerant animos, venit lasciuiã diram  
Sulphureis Orci regerens è faucibus Aten:  
Quæ iuuenes, inxtaq; senes, populosq; ducesq;  
Quæ sacros hominum catus pariterq; profanos  
Vberibus nimium saturos impleuit aristis.  
Venit summa dies, furiarumq; agmina longo  
Circuitu excussere comam: cecidere cruentis  
Anguibus in cadem vibrata spicula lingua.  
Iamq; pudor cessit: iam, iam prohibitasq; fidesq;  
Exilio, & sanctum violati numen amoris.  
Ipsa adeò fugiens infensa reliquit habenas  
Erigone fractaq; legens ab arundine culmos  
Abstulit, ac supera seclusos arce locauit.  
Hanc simul obliquus signorum senserat ordo,  
Libra pares nocti ac tenebris qua dissecat arcus:  
Protinus horrendo inflammatum crine cometen  
Euomuit, raptim gelidum qui impelleret arcton,  
Arcton pestiferi trepidantem à syderis igne.  
Hæc quitanã tumido tãtus ruit aquore vortex  
Inuoluens maria, ac terras, calumq; profundum?

Causæ vicissitudinũ in rebus humanis.

Torpor. Lasciuiã. Ambitio. Auiditiã. Libido.

Gula.

Ira. Inuidia. Crudelitas. Obtrectatio.

Fuga virtutũ omnium. Charitatis extinctio.

Fuga iustitiæ & religionis cum vbertate rerum.

Signa prænuicia diuini furoris.

Cometa in anni 1556. Curfus illius.

Tempestatis Gallicæ in Europam vniuersam excurrētis allegorice delineatio.

Quam

Quàm fera tēpestas! quæ turbida mortis imago  
Ceu lacerum immane sorbtura voragine mun-  
dum!

Principū vi-  
rorū conten-  
tiones & coc-  
dera.  
Veritates oc-  
cultatio.  
Calamitates  
publicæ.  
Seditiones at-  
que tyrānides  
& mutæ la-  
nienæ.  
Egestas.

Interitus mi-  
serandi.

Voces oppres-  
sorum.  
Spes sola in  
diuinis.

Miserorum  
extrema op-  
pressio ab ho-  
minibus im-  
pioribus & sce-  
leratis.  
Rapina.

Occidio.

Matorū finis.

Punctum cō-  
uersionis hu-  
manæ primū  
in cōfessione  
& poenitentia.  
Prænuincia  
signa diuinæ  
clementiæ.

Ceu quoties Boreā contra grauis intonat aufer,  
Vulturūq; cident immites prælia Cauis:

Vndique præcipiti nymbo lucemq; polūmq;

Eripiunt oculis: plangunt pia vota coloni

Subruta, & in mediis pelagi furit æstus arenis,

Et medio accensa conflaurant æquore puppes,

Hinc syluæ, segetes: illinc animalia vento, &

Fulguribus percussa cadunt, vel fluctibus hærent

Iam deuota neci, gemitusq; ad sydera tollunt

Quo campi resonant latè, collesq; supini.

Omnibus vna salus, animo in sublime reducto

Te solum agnoscant rerum dominūque, pa-  
trēque.

Ni faciant, cunctis subeunt è partibus orbis

Terribiles flamma, & squamosis plexibus hydi,

Quis nunquam humano saturantur sanguine  
ventres,

Sed rapit in prædam feruens, atq; arrigit armos

Ingluuias, donec sanie, & crudelia tabo

Viscera disrumpat nimio conuulsa tumore.

Sed iam pone metus pia gēs: en aspice sursum,

Lustratosq; refer superūm ad tectoria vultus.

En tibi qua seui prænuincia flamma furoris

Iamdudum in tenuē discerpta euauit athram,

Nonne

Nonne vides auri bullis ostrog; decoram

Castiopen, iuxta miseris quam vincula cathenis

Filia, cui summum subiectus in æra Perseus

Erigit exultans caeso serpente trophaum,

Seruatamq; i horo sociam pro munere poscit?

Scilicet in solij plintho, ac radice sub ima

Exoritur noua lux, aliisq; simillima stellis:

Maior mole tamen, multo & radiantior, axem

Circuitu torquet celeri, tum semper iisdem

Partibus, atq; pari figens vestigia tractu,

Immensum stabili splendore illustrat Olympum.

Obstupefactus Athlas, septē obstupere Triones

Hactenus inscilito imprægnari sydere mundum,

Vel bis octonos dum luna reuolueret orbis.

O qua nunc rerum facies! vertigine quanta,

Certior at seros subit inspectura nepotes!

Nunc video quantum crassa sub nube tueri

Dat pater omnipotēs. Acterni hoc lumē amoris,

Hæc Domini fax est: Tholus ipsam lacteus altè

Conspiciam medio suspendit fornice templi

Circumagens: nosco veteris vestigia flamma,

Et crucis effigiem, & litera signacula bicornis,

Cui quondam (colubri multorū ubi millia morsu

Conciderant) coluber suffixus, numine certo

Obuerfas in se facies à morte redemit.

O Deus, euge Deus, tandem caput exere calo

Prior oppressa in gemitum, & suspiria plebis.

Sydus cassio-  
pe atque eius  
allegoria.

Andromeda.  
Perseus.

Phænomenū  
syderis noui,  
& illius locus.  
Species.  
Magnitudo.  
Splendor.  
Motus.

Status.

Pulchritudo.

Raritas.  
Duratio.

Præfagium  
perobscurum.

Qualis hic ty-  
pus existat.

Esse prodromum  
summæ  
Imperatoris.  
Analogia loci  
& caracte-  
ristici.

Figuræ & æ  
literæ Y vel T.  
Serpentis atheni  
symbolū  
in deserto è  
furca suspensæ.

Inuocatio di-  
uinæ clementiæ  
atq; iustitiæ.

Vices alterius  
hemicycli.

*Verte vices hominum: puri iam nectaris hau-  
sum*

Pacis ac iusti-  
tiae mutua ex-  
osculatio.  
Ecclesia 2 ca-  
lamitatu tur-  
biter reslo-  
rescens.

*Funde pio generi, maneat fax sola superbos.  
Iam redeat virgo, & iuncta concordia dextra,  
Et tibi sponsa tuo sub verbo leta triumphet,  
Impolluta sacris adolens altaria donis.*

Misericordia & veritas obuiauerunt tibi;  
pax & iustitia osculatæ sunt.

anno 85.

D. DOCTORI C. GEMMÆ ME-  
DICINÆ APVD LOVANIENSIS RE-  
gio ac ordinatio professori,

VICTOR GHISELINVS IN EIVS DI-  
uini ingenij monumentum.

*DIVINE aetheris ignei Pyrope,  
Quouis sydere clarior per orbem,  
Qui fugas radius tuis tenebras,  
Instar phosphori agens diem serenum,  
Humanis que oculis nona arte totum  
Pandis aethera, & ignium latenteis  
Aspectus reserans: tonantis iram,  
Fortunaeq; vices, ducumque fata  
Presagis, (ea luminis tui vis)  
Sancta inquam aura, suavis aura, quam te  
Nonisse, & propius videre gestit,  
Tam audacter, cupideq; Ghiselinus  
Hoc offert tibi conditum arte nulla,  
Nullo Apolline carmen, aestimator  
Tui maximus ingenij, liceret  
Si tandem, positurus adem & aras:  
Tam tuum colit ille amatq; numen.  
At templum tibi magnus est Olympus,  
Terra hac ara, nec ipse consecrari  
Tibi ut victima grata iam recusat.*

Quo sit illustrior theoria syderis noui: puto non parum me commodo & voluptati publicæ confulturum: si & hoc literarum exemplar è Germania ad nos transmissum, ad calcem operis subnectamus.

D. CORN. GEMMÆ MEDICINÆ  
Doctori & professori publico in Academia Lo-  
uan. amico suo singulari T. Thad. Hagefius ab  
Hayck, aulæ Cæsariæ Maieft. Medicus,  
S. P.

NE quæso tibi vir doctissime mirum videatur, quod ignotus meis literis te compellare non verear: coniunctio enim eorundem studiorum, ac singularis tuæ humanitatis prædicatio, denique eruditionis eximie viua testimonia excitauit me, vt tecum de his quæ abs te de noua stella edita sunt, placidè, amanterque conferrem, meamque sententiam liberè apud te explicarè: quod te beneuolè accepturum esse confido: siquidem coram conuenire non possumus hoc tēpore, ac spes quæ nobis de tuo ad nos aduentu iniecta fuerat, iam concidisse videatur. Placet mihi tuum illud scriptum de noua stella, eoque mirificè sum oblectatus: tum ob eruditionem & sapientiã, tum ob dicendi grauitatem. Ac ingenuè dico & sentio: neque id tuis tantùm do auribus, sed apud omnes eruditissimos viros apertè profiteor: cū plurium legerim scripta de eadem stella edita, nullius tamè alterius magis mihi placuisse, meoque desyderio satisfacisse, atque tuum. quod à meis cogitationibus quas illo tempore ad amicum scribens effuderam, vsque adeò parū absuit, vt propemodum  
idem

idem, & ex alterutro fonte deductum videretur:

Cum autè scientia huius luminis noui multo maxima, ex parte dependeat à cognitione ipsius naturæ, cælestis eadem, an elementaris sit: ac eam substantiam loci cognitio nobis prodat: locum verò sola notitia parallaxeos omnium euidentissimè demonstrat: attentius cogitare cœpi, quo modo eandem inuestigarè. Et vt in idem studium plurimi incumbere, non modò orabam maximopere, sed etiam coram, necnon per literas diligenter plerisque monebam: siquidem illius solius auxilio totam controuersiam de materia eiusmodi stellarum apud philosophos dirimi posse videbam. Et quanquã amplius decennio mathematica studia deseruerim: nec aliquid meorum librorum in eo studij genere huc detulerim mecum: tamen insolens apparitio huius tam noui syderis excitauit vt intermissa hæc aliquo pacto studia reuocarem: eoque aliquid temporis, ab aliarum rerum maximè necessariorum occupatione surriperè. Facta igitur mihi ab amicis quorundam necessario-  
Sydrus nouū nullā habuisse parallaxim.  
rum librorum copia, quædam copiosius in hanc materiam commentatus sum: adiunxi que firmissimam demonstrationem, quod hæc stella omnem prorsus excludat parallaxim: & propterea ad regionem ætheream sit referenda. Tu nihil certi asseuerare ausus es, alij penitus eã reticuerunt. Solus Andreas Nothius in Germanico quodam scripto, 39. min. eam se deprehendisse contendit: atque id circa superiorè Meridiani partem: quod haudquaquam fieri potuisse iudico. In ipsa obseruatione, & datorum assumptione, virum alioqui eruditum, lapsum esse deprendi:  
Errorū profectionis in obseruando.  
ac potissimum in tempore inter duas obseruationes

interiecto. quod ille minus iusto accepit, cum putaret nouam ſtellam culminare, quæ ipſum cæli culmẽ nondum attigerat. Habeo etiam alias obſeruaciones iſtius nouæ ad ſtellas fixas, de quibus aliàs. Nunc indicare cupio, in quibus à te diſſentiam.

Tu latitudinem nouæ ponis eandem proſus cũ vndecima. In lōgitudine verò nouam ab eadem 21. min. promoues, quod fieri non potuiſſe ipſe oculorum ſenſus docuit, docetque etiam nunc. Nam vndecima illa perpetuo iuſto interuallo videbatur diſtiſſe à noua, nimirũ 1. g. 24. m. vt mea docet obſeruatio. Si enim tantummodo 21. min. diſtituiſſet, vix conſpici ob auguſtum nouæ lumen potuiſſet. Declinationem noui ſyderis quã ponis, ea veriſſimẽ quadrat vndecimæ, non nouæ. Hæc ablata à quadrante, relinquit 29. g. 21. diſtantiam vndecimæ à Polo. At tu dicis eam 30. g. 40. min. quod neque nouæ neque vndecimæ quadrare poteſt. Sed neque diſtantia illius à ſtella polari rectè reſponderet: quam ponis 23. g. 48. min. Nam vndecima diſtat ab eadem 25. g. 49. min. vt calculus mōſtrat, aut vt mea obſeruatio crebra repetitione confirmata, 26. g. 34. min.

Rurſus ponis diſtantiam nouæ à clara in dorſo Caſſiopæ, 6. g. 58. min. quam ego ſæpius 7. g. 47. deprehendi. Exiſtimo te hîc in aſpectu deceptum eſſe, ac pro ſecunda ſtella tertiam accepiffe; cuius diſtantiam ego reperi 7. graduum integrorum. Nam ipſe quoque cum Domino Fabricio Polo in conſideratione ſimiliter fuiſſem deceptus, cum applicato radio tertia mihi occurreret, ac ſecundam ipſa pinula mihi obtegeret, niſi mox diligentius aduertiffem.

Diſtan-

Diſtantiam nouæ à quarta ſtatuis 4. g. 28. min. ego 4. g. 51. min.

Diſtantiam nouæ à cathedra ſeu numero duodecima ponis 4. g. 40. min. ego 5. g. 15. min.

Hæc ſunt in quibus à te diſſentio: quæ ſi diligentius expendere voles, facile exiſtimo mihi ſubſcribes. Eſt enim in obſeruationibus procliuiſ lapſus, vt ipſus optumè noſti. Et quanquam error ille non eſt vſque ad eò magnus, tamen quia eſt quædã inter me & te differentia, poſſet ea fortè apud ſtudioſos rerum cæleſtium aliquid ſuſpicionis de artis incertitudine mouere. Itaque duxi te de his amicè & familiariter commonefaciendum eſſe, vt ſi videatur tibi ea corrigas, quæ res authoritati tuæ atque doctrinæ nihil detrahet, imo eo maiorem apud doctiſſimos viros tibi conciliabis admirationem: quòd veritatis cõſeruandæ gratia, etiam in propriis ſcriptis litura quædã ſubducere voluiſti: meum conſilium eſt, pluriũ ſcripta quæ habere potero de hac ſtella, vno volumine edere, vt hoc oſtentum apud poſteros perpetuæ memoriæ conſacretur, extetque apud eoſdem noſtræ cuiuſcunque tandem diligentiaẽ testimoniũ. Vides enim mi Gemma quàm ieiunas præteritorũ cometarum habeamus deſcriptiones: vt verè pudeat, tot eximios mathematicos in ea re tãta tam fuiſſe negligentes. Vnicus Regiomōtanus, & Voghelinus olim mathematicus Vinerenſis, præ cæteris etiam poſt cineres laudem obtinent: quòd cometas ſui temporis eruditiffimè, exactiſſimeque cum ſua parallaxi, & aliis paſſionibus deſcripſerint, ac demōſtrauerint. ille quidem cometen anni 1475. hic anni 1532. neque hiſ ego ſimile quicquã vidi, ac placeret quibuſdam illo-

Verè germanicus candor.

Exempla in  
guis indu-  
ſtriaz.

illorum quoque scripta quæ hunc ad modum rara reperiuntur, nostro volumini adiungi; in quo tamen tuum quoque cupio audire iudicium. Tuum verò scriptum cūprimis adiicere vellem, quod vt tua pace & venia mihi facere liceat abs te peto.

Non volui absque tuo scitu & voluntate ( quod humanitati ac beneuolentiæ adscribes ) in tuos partus vllam mihi licentiam vendicare: donec de certa voluntate tua responsum atque vnà castigatum tuum illud scriptum acciperem. Quod vt quamprimum facias, abs te, propter communia studia, & propter amorem veritatis amanter peto: tibi que certò persuadeas, quòd à me non modò ameris, verùm etiam diligaris & obserueris. Bene vale. *Viennæ Austriæ*  
16. Nouembris, Anni 1573.

*Copia*

*Copia de carta de su Maiesiad al Duque de Alua en recomandacion del Doctor Gemma Frisio.*

EL REY.

DVQUE primo, yo he entendido como por la buena informacion que haviades tenido de las letras, suficiencia y buenas partes del Doctor Géma Frisio, lo proueystes la lectura y cathedra de Medecina en la vniuersidad de Louayna, y que alli tiene tal nombre y estimacion, y es tan vtil en el enseñar, y en lo que va escriuiendo, que se ha tenido por muy acertada prouision, y teniendo la yo asimismo por tal y voluntad de le fauorescer y hazer merced por las mismas causas, y por la memoria que tengo de lo bien que el Doctor Gemma su padre siruio al emperador mi Señor que esta en gloria, os lo he querido significar por esta, y rogaros y encargaros mucho, que continuando el fautor que le haueis comenzado à hazer, le tengais por muy encomendado en todo lo que se le ofreciere



ciere y el tocare, para le animar, à que pueda trauajar con mas satisfacion, Quæ yo la recibire de lo que por el se hiziere. De Madrid, a xxv. de Iulio 1569.

YO EL REY.

Cayas.

*Hoc opus, à diuersis doctis examinatum,  
diligenter & ipse perlegi, nec quicquam  
deprehensum est quod Catholica fidei, aut  
tranquillitati reip. aduersetur. M. D.  
LXXIIII. die XX. Iunij.*

I. Molanus, Apostolicus &  
Regius censor.